N- 238161

ZRV
3399

1030
31

# CONSTITVTIONES SOCIETATIS IESV

Cum earum Declarationibus.

ROMÆ

In Collegio eiuſdem Societatis.

*Cum facultate Superiorum.*

ANNO DOMINI

MDLXXXIII.

GREGORIVS XIII. *Inſtitutum Societatis à Paulo* III. *& Iulio etiam* III. *confirmatum, & à Paulo* IIII. *diligentiſsime examinatũ, nec non & à Concilio Tridentino commendatũ non modo refert; ſed ipſe etiam illud atque Conſtitutiones, & Statuta approbat, & confirmat in hæc verba.*

*MOTV PROPRIO, certaque ſcientia noſtra, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, laudabile huiuſmodi Inſtitutum ac prædicta ceteraq; omnia dictæ Societatis Priuilegia, Facultates, exemptiones, immunitates, gratias & indulta tam à Prædictis, quam alijs prædeceſſoribus noſtris, & etiam à nobis conceſſa; Conſtitutiones quoque & Statuta qualiacunque ſint, ea omnia, ac ſi ad verbum præſentibus insererentur, pro expreſsis habentes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus & confirmamus; ſupplentes omnes iuris et facti defectus, ſi qui interuenerint in prædictis Conſtitutionibus & ſtatutis, &c.*

*In litteris Apoſtolicis datis Calendis Februarij Anno Incarnationis Dominicæ.*

*M D LXXXII.*

# PRIMVM AC GENERALE EXAMEN IIS OMNIBVS, QVI IN SOCIEtatem IESV admitti petent, † proponendum.

A

## DE INSTITVTO SOCIETATIS IESV, & varietate perſonarum, quæ in ipſa ſunt. Cap. I.

1 HAEC minima Congregatio, quę à ſede Apoſtolica prima ſui inſtitutione Societas IESV nominata eſt, primũ fuit approbata per felicis memoriæ Paulum Papam

DECLARATIONES in examen.

*IN CAP. I.*

A ¶ *HOC* [a] *examẽ vt plurimum omnibus proponi ſolet, poſtquam in Domũ primæ Probationis ingrediũtur. Si tamen in aliquo particulari dictaret ratio aliud examen breuius eſſe proponendum, aut hoc ipſum relinquendũ, vt legatur, nullo poſtulato reſponſo ad ea, quæ continet, vel ſi ſatis alioqui notus eſt, qui ingreditur; non neceſſe erit iuxta hoc examẽ procedere. Id tamen ille,* [b] *cui examinãdi munus committitur, cũ Superiore conferat, et eius iudiciũ ſequatur.* [c] *Ante autẽ quam Domi recipiantur, fere ſemper de quibuſdam rebus maioris momenti, præſertim de ijs, quæ ſolent excludere, examinari eos oportebit.*

a P.1.c.3. D. & c. 4. S. 5. & E.

b P.1.c.1. S.3.

c P.1.c.1. D. & c. 4. D.

 B ¶ Hu-

pã III. anno 1540.& per eundẽ poſtmodũ 1543. confirmata, ac rurſus per Iuliũ III. illius ſucceſſorem anno 1550. Vt interim omittantur diuerſæ litteræ Apoſtolicæ, in quibus de ea ſermo habetur, & ei variæ facultates (ſuppoſita magna approbatione, & confirmatione) conceduntur.

[a] Finis huius Societatis eſt non ſolum ſaluti & perfectioni propriarum animarum cum diuina gratia vacare; ſed cum eadem impenſe in ſalutẽ, & perfectionem proximorum incumbere. 2

Ad hunc finem melius conſequendum, [b] tria Vota in ea, Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis emittuntur: [c] ſic Paupertatem accipiendo, vt nec velit, nec poſſit redditus vllos ad ſuam ſuſtentationem, nec ad quiduis aliud habere. Quod non tantum in particulari de vnoquoque, ſed etiam de Eccleſijs & Domibus Societatis profeſſæ eſt intelligendum. [d] Nec etiam (quamuis alijs ſit licitum) pro Miſſarum ſacrificijs, vel Prædicationibus, vel Lectionibus, vel vllius ſacramenti adminiſtratione, vel quouis alio pio officio ex ijs, quæ iuxta ſuum Inſtitutum Societas poteſt exercere, ſtipendium vllum, vel eleemoſynam, quæ ad compenſationem huiuſmodi miniſteriorum dari ſolent, ab alio, quàm à Deo (ob cuius obſequium omnia pure facere debent) poſſint admittere. 3

Et [e] quamuis habeat Societas Collegia, & † Domos Proba- 4 B

tionis

B ¶ *Huiuſmodi Domus Probationis velut membra ſunt Collegiorum,* [f] *vbi admitti,*

a P.1.c.2. §.8.& c.3. §.1.&p.3. c.1.§.9.& p.4.Proœ. & c.12. §. 1.& p.6.c. 3.§.4 & p. 7.c.1.§.1. & p. 10. §.2.

b P.5.c.3. §.3.& 6. & c.4.§.2. & 3. & p. 6.c.1.& 2.

c P.6.c.2. §.2 5.6. 11.& 12.

d Inf. c.4. §.27.& p. 4.c.7. §. 3.& c.15. §.4.& c. 17.F.& p. 6.c.2.§.7. & G.& p. 7.c.4.§.4. & B.& p. 10.§.5.

e P.6.c.2. A,

f P.1.c.4. §.6.&p.4. c.2.D.

tionis', redditibus dotatas ad Scholaſticorum ſuſtentationē, antequam in Societatem Profeſſam, vel eius Domos recipiantur: [a] non poſſunt tamen huiuſmodi redditus in vſum alium, iuxta Litteras Apoſtolicas in Conſtitutionibus declaratas, expendi: nec Domus Profeſſorum, nec aliquis eorum, aut etiam Coadiutorum, eiſdem vti poterit.

*mitti, & probari ad tempus ſolent, qui poſtmodum in Collegijs ſunt conſtituēdi.*

[a] P.4. c.2. §. 5. & c. 10. §.1.& p.6.c.2.§. 3.& p.9.c. 3.§.18. & c.4. §.7.& p.10 §.4.

5 [b] Profeſſa itidem Societas, præter tria Vota dicta, Votum facit expreſſum Summo Pontifici, ut Vicario qui nūc eſt, uel pro tempore fuerit, Chriſti Domini Noſtri; nimirum ad proficiſcendum ſine excuſatione, [c] non petito uiatico, quocunq; gentium eius Sanctitas iuſſerit, inter fideles, uel infideles, ad res, quæ ad diuinum cultum, & religionis Chriſtianæ bonum ſpectant.

[b] P 5 c.3. §. 3. & C. & p.7.c.1. §.1.& B.

[c] P.6. c.2. §. 13. & I. & p.7.c.1. §.3.

6 Ceterum ratio viuendi in exterioribus iuſtas ob cauſas, maius Dei obſequium ſemper intuendo, [d] communis eſt: nec vllas ordinarias pænitentias, vel corporis afflictiones ex obligatione ſubeundas habet; ſed illas aſſumere quiuis poterit, quæ ſibi videbuntur C ([e] cū † approbatione Superioris') ad maiorem ſui ſpiritus profectum conuenire; & [f] quas propter eundem finem Superiores eis poterunt imponere.

*C ¶ Hoc Superiori iudicandum relinquetur. Ille autem vices ſuas Confeſſario, vel alijs, quando expedire cēſuerit, poterit delegare.*

[d] P.6. c.2. §.15. & 16.

[e] P.3.c.1. §.12.& p. 6.c.3. §.1.

[f] Inf. c. 4. §.33.& p. 3. c.1. §. 15.

7 [a] Perſonarum autem, quæ admittuntur in hanc Societatē generaliter ſumptam, † D quatuor ſunt claſſes; ſi finem, quē ipſa ſpectat, intueamur: [c] tametſi omnes; qui ingrediuntur, quod ad ipſos attinet, quartæ claſſis eſſe debent, de qua dicetur.

8 [d] In primis aliqui admittuntur, vt Profeſſionem in Societate quatuor ſolemnibus Votis (vt dictum eſt) emiſſis, faciant; peractis prius experimentis & Probationibus debitis: & hos ſufficienter in [e] litteris eruditos (vt in Conſtitutionibus poſtmodū dicetur) & in vita, [f] ac moribus diu (quemadmodum hæc vocatio exigit) probatos & omnes ante Profeſſionem Sacerdotes eſſe oportet.

9 [g] Secundæ claſſis ſunt, qui in Coadiutores ad diuinum ſeruitium, & Societatis auxilium in rebus ſpiritualibus, vel temporalibus admittuntur. & ij quidem poſt experimenta & Probationes, Vota ſimplicia, Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis (omiſſo quarto ad Summum Pontificem pertinente, & alio quouis ſolemni) debent emittere. [h] qui ſua ſorte contēti eſſe debent, intelligentes eos in conſpectu Creatoris & Domini Noſtri magis mereri, qui maiori charitate ſe impendunt auxilio & obſequio omnium, ex amore diuinæ maieſtatis, ſiue in rebus altioribus, ſiue in alijs inferio-

*D ❡ Præter hæc quatuor genera perſonarū, nonnulli ad [b] ſolemnem Profeſſionē trium Votorum tantum, iuxta litteras Apoſtolicas Iulij Tertij admittuntur.*

*E ❡ Quam-*

a P.5.c.1. A.
b P.5.c.2. §.3.& c.3. §.5. & 6.
c Inf.§.11. & c.4.§. 17. & c.5. §.8.
d P.5.c.3. §.1.2.&3.
e P.5.c.2. §.2.
f P.5.c.2. §.1.& p. 10. §.7.
g Inf.c.6. §.1.2.3.& 8.& p.5.c. 4. §.1.2. &3.
h Inf. c.6. §.5. &6. & p.1.c.2. §.2. & p. 3 c.4.§.5.

inferioribus & humilioribus.

10 [a] Tertiæ claſſis ſunt, qui in Scholaſticos admittuntur, ſi ingenio, & reliquis dotibus ad ſtudia cõuenientibus præditi inueniantur; vt [b] poſtquam docti euaſerint, [c] in Societatem ingredi, & Profeſsi, vel Coadiutores (prout iudicabitur expedire) eſſe valeant. Hi [d] autem, vt Scholaſtici Societatis approbati cenſeantur, poſt experimenta & Probationes, eadem [e] tria Vota ſimplicia, Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, cum promiſsione ingrediendi Societatem in altero prius dictorum modorum (vt in Conſtitutionibus videbitur) ad maiorem Dei gloriam emittent.

11 [f] Quartæ claſsis ſunt, qui indeterminate ad id admittuntur, ad quod idonei eſſe, temporis ſucceſſu inuenientur; nondum ſtatuente Societate ad quem ex dictis gradibus eorum talentũ magis ſit accommodatum. Illi [g] autem indifferentes ingredientur ad queuis ex dictis gradibus, qui Superiori videatur: & [h] ex parte ſua omnes (vt dictũ eſt) eadem animi diſpoſitione ingredi oportet.

12 Ad hæc, antequam quiſquã admittatur ad Profeſsionem, vel ſimplicia Vota Coadiutorum, vel Scholaſticorum ſuperius dicta ſecundum Inſtitutum noſtrũ emittere teneatur; E † [k] bienniũ integrum ad Probationem habebit: & vt admittantur Scholaſtici ad quemuis

E ¶ [i] *Quamuis biẽnij tẽpus præfigatur; tamen nec libertas, nec deuotio, nec vtilitas illa ſpiritualis, vel meritum, quod conſequi ſo-*

a P.4 c.3. §.1.& 2. & p.5.c.2. §.5.
b P.5.c.2. §.2.
c Inf.c.7. §.1.& p.5.c.4.B.
d Inf.c.7. §.1.& p.4.c.3.§.3.
e Inf.c.7. §.1.& p.4.c.3.§.3.& p.5.c.1.A. & c.4.§.4.
f Inf.c.8.
g Inf.c.8. §.1.
h Sup.§.7. & inf.c.4. §.17.
i P.3.c.1. T.& p.5. c.4.§.6.
k Inf.c.4. §.16.& 41.& c.6. §.8.& p.4.c.3.§.3. & c.4 §.5. & p.5.c.1. §.3.& c.4. §.3.& 6.

a Inf. c. 4. §. 16. & c. 6. §. 8. & p. 5. c. 1. §. 3.

b Inf. c. 4. §. 43. & p. 5. c. 1. §. 3. & C.

c P. 1. c. 4. §. 4. & p. 3. c. 2. C. & p. 6. c. 2. M.

d Inf. c. 4. §. 41. & p. 1. c. 4. §. 5. & E.

e P. 1. c. 4. §. 1. & A.

*lent, qui Chriſto Domino Noſtro ſe obſtringũt, illis adimitur, qui ante id tempus vota ſua offerre volent: licet conueniat ſine Superioris facultate ea non emitti. nec tamen, quod ea emiſerint, propterea ante ordinarium tempus admittentur ad Profeſſionẽ, vel in Coadiutores formatos, vel in Scholaſticos approbatos.*

ex prioribus gradibus Profeſſorum, uel Coadiutorum formatorum, [a] unum adhuc annũ poſt abſoluta ſua ſtudia expectabunt: [b] quod tempus, cum Superiori uiſum fuerit, poterit prorogari.

13 Hoc medio tempore duorũ annorum ([c] in quo † habitus ullus certus Societatis non ſumitur) ante præfinitũ tempus, in quo Votis eos ligari in Societate oportet, [d] videre unuſquiſque, & conſiderare debet diplomata Apoſtolica Inſtituti Societatis, & † Conſtitutiones, ac Regulas, quas in ea eſt obſeruaturus; idq; non ſemel: Primum enim id fiet, [e] dum in Do- F G

*F ¶ Quamuis habitus nullus certus ſit; diſcretioni tamen eius, qui curam habet Domus, relinquitur, an cũ eiſdem veſtibus, quas ex ſæculo tulerũt, incedere ſint permittendi; an cum alijs eas permutari oporteat: aut, cum deterentur, an aliæ tribuantur, quæ magis conueniant, vel ipſis, vt, qua parte opus habẽt, iuuentur, vel Domui, vt eorum opera vti poßit.*

f P. 1. c. 4. E.

*G ¶ [f] Non oportebit Conſtitutiones vniuerſas ab ijs, qui noui accedunt, legi; ſed compendium quoddã earum, vbi quſque, quid ſibi obſeruandum ſit, intelli-*

A Domo Primæ Probationis erunt; in quam, qui Societatem ingredi uolunt, hoſpitum more ad duodecim, uel quindecim dies, ut res ſuas melius cõſiderent, ſolent admitti, antequam in Domum, uel Collegium Societatis ad † cohabitãdum alijs, & inter eos uerſandum ingrediantur. Secundo id fiet, [a] ſex menſibus Experimentorum, & Probationis elapſis. Tertio poſt alios ſex menſes; & ſic deinceps, donec Profeſſionem, qui ſtudijs abſolutis Profeſſus, & tria Vota qui Coadiutor, & tria itidem Vota cũ ſua promiſſione qui Scholaſticus approbatus eſt futurus, emittat. [c] quod ideo fit, ut utrinque maiori cum claritate, & cognitione in Domino Noſtro procedatur, & vt quanto fuerit magis probata ſingulorum conſtantia, tanto ſtabiliores, ac firmiores ſint in diuino ſeruitio, & vocatione prima, ad gloriam, & honorem diuinæ Maieſtatis.

*ligat: niſi forte Superiori videretur, alicui, peculiares ob cauſas, omnes oſtendi oportere.*

H *¶ Dicitur, ad cohabitandum alijs, & inter eos verſandum; quia in ingreſſu duodecim, vel quindecim dies, vel vſque ad viginti, ſeorsũ in Domo Primæ Probationis teneri ſolent; [b] vt in prima parte Cõſtitutionũ videbitur.*

a Inf. c. 4. §. 41.

b P. 1. c. 4. §. 1. & A.

c P. 1. c. 1. §. 3. & c. 4. §. 1.

DE

## DE QVIBVSDAM † CASIBVS, A
## *quos interrogari oportet, an acciderint ijs, qui in Societatem ingredi petunt. Cap. II.*

EX ijs caſibus, de quibus honeſtas ob cauſas omnes 1
interrogari oportet, [a] Primus eſt, receſsiſſe à gremio ſanctæ Eccleſiæ, fidem abnegando, vel in errores contra ipſam ſic incurrẽdo, vt damnatus ob aliquam propoſitionem hæreticã
quis fuerit; vel vt † ſuſpectus hæreſis per ſententiam publicam declaratus; vel ſi infamis ob excommunicationem tamquam ſchiſmaticus, ſpreta auctoritate & prouidentia ſanctę matris Eccleſiæ, extiterit. B

[c] Secundus eſt, homicidium aliquo tẽpore perpetraſſe, vel publi- 2

### IN CAPVT II.

A¶ *QVamquis ea quæ ſequuntur, impedimẽta ſint, quæ [b] à Societate excludunt; tamen non vt impedimenta proponi debent, donec veritas eliciatur. Qui enim duceretur deſiderio ingrediẽdi Societatem, accipere occaſionẽ poſſet veritatem celandi, ſi hæc impedimenta eſſe intelligeret, &c. Et nihilominus admoneri Confeſſarium oportet, vt, ſi quis vere non reſpondiſſet, eius conſcientiam de ea re [d] exſtimulet.*

B¶ *Qui ſuſpectus eſſet de opinione aliqua erronea, in re ad catholicam fidem pertinente; conſtat, quamdiu ſuſpicio manet, eum non eſſe admittendum.*

a P. 1. c. 3. §. 3. & A. & B.

b Inf. §. 6.

c P. 1. c. 3. §. 4. & C.

d Inf. c. 3. A.

C¶ *Hæ*

C publice † [a] infamem' propter enormia peccata fuiſſe.

3 [b] Tertius eſt, habitum ſumpſiſſe alicuius Religionis Fratrum, vel Clericorũ; vitam aliquamdiu in Obedientia cũ eis agendo, ſiue emiſſa, ſiue non emiſſa Profeſſione; vel heremitam cum veſtibus monachalibus fuiſſe.

4 [c] Quartus eſt, vinculo matrimonij conſummati, vel ſeruitutis legitimæ ligatum eſſe.

5 [d] Quintus eſt, infirmitatem pati, vnde obſcurari, vel parũ ſanum iudicium ei reddi ſoleat; vel diſpoſitionem notabilem ad huiuſmodi infirmitatem habere.

C ¶ *Hæc infamia eo in loco excludit, vbi ea extat. Qui tamen in remotiſſimis locis in eam incidiſſet; cum omnino ad diuinũ ſeruitium ſe recepiſſet, huiuſmodi infamia eum à Societate non excluderet: quamuis eandem in huiuſmodi hominis probatione magis circumſpectã reddere debeat.*

*D ¶ Ce-*

- a P.1.c.3. §.4. & D.
- b P.1.c.3. §.5.& E.
- c Inf. c.3. §.5. & C. & p.1.c.3. §.6 & F.& p.2. c.2. §.5.
- d P.1.c.3. §.7.

6 [e] Prædicti caſus impedimenta ſunt, cum quorum aliquo nemo in Societatem admitti poteſt: cum nobis in Domino videatur (præter alias cauſas) quod qui in eam ſunt ingreſſuri ad bene & fideliter euangelizandum, & in agro Domini verbum diuinum ſeminandum, eo aptiora ad id inſtrumenta erunt, quo minus primi, & ſecundi defectus notam habuerint, propter conſuetam multis & communem infirmitatem.

- e Sup. A.& p 1.c.3 §. 2. & G. & p.2.c.2.B. & p.4.c.3. §.2.

Cum tertio etiam non admittuntur, quod nobis in Domino videatur, eum, qui bonus Chri-

ſtianus

ſtianus ſit, debere firmum eſſe in ſua prima vocatione, præſertim cum illa tam ſit ſancta, in qua ſcilicet quis, vniuerſo ſæculo relicto, ſe totũ dedicat maiori ſeruitio, & gloriæ ſui Creatoris & Domini. Poſtremo ſic nobis perſuademus (præterquam quod maior ſit futura ædificatio proximorum) eo melius in Domino, ipſius gratia aſpirante, conſeruari poſſe omnes Profeſſos, Coadiutores, atque Scholaſticos, quo magis liberi fuerint ab huiuſmodi impedimentis, ac veluti vnius coloris, & ſimilitudinis omnes.

Nullus etiam admittitur cũ duobus vltimis impedimentis. Nam quartum eſſet cum detrimento proximorum, ſi vxoris, vel domini conſenſus non obtineretur, aliæque circunſtantiæ, prout ratio iuris exigit, obſeruarentur. Quintum etiam in damnum eſſet non mediocre ipſius Societatis.

Si aliquod ex his impedimẽ 7
tis in quoquã detegeretur, non eſt quod vlterius in interrogationibus procedatur; ſed qui Examinatoris officio fungitur, [b] quoad eius fieri poterit, eundem conſolando, † dimittat': D
ſi nullũ eſſet tale, vlterius examinetur † ſequenti modo'. E

*D ¶ [a] Ceterum ſi in eo dona aliqua Dei illuſtriora cernerentur; ille, qui examinãdi munere fungitur, antequam eum dimittat, rẽ cũ Superiore conferat.*

*E ¶ Ordo examinis eſt, in primis proſequi id, de quo omnes interrogantur: ſecũdo, de quo ſpeciatim litterati: tertio, de quo etiam ſpecialiter illi,*

a P.1.c3. G.

b P.1.c.4. S.2.

DE

*illi, qui in Coadiutores; quarto, de quo illi, qui in Scholares; quinto, de quo illi, qui vt indifferentes admittuntur. Et primo quidem attingitur, quod ad perſonas pertinet, deinde quod illis eſt obſeruandum.*

## *DE QVIBVSDAM INterrogationibus ad eos, qui ingredi volunt, magis cognoſcendos. Cap. III.*

1 AD maiorem perſonarum notitiam aliqua ſunt in-
A terroganda, quibus † vere omnino, & ſyncere reſpondere oportet: & ſiquid erit, quod ſecretum requirat, id obſeruabitur, vt par erit, & interrogato placuerit. Incipiendo itaque à nomine, interrogetur primũ, Quo nomine vocetur, Quot annos natus ſit, Quæ ſit eius patria.

2 An ſit ex legitimo matrimonio, necne: quod ſi ex illegitimo, quo pacto id ſit, interrogetur. Nũ à progenitoribus iam olim Chriſtianis, an à modernis deſcendat.

An aliquis ex eius progenitoribus notatus fuerit,

## *IN CAP. III.*

A ¶ *O*[a] *Bligatio vera dicendi in examine, ad peccatũ eſſe debet; et quidem eidem, cui, quod celatũ eſt, aperiendũ erat, vel qui eius locũ teneat, reſeruatum; vt fraus euitetur, quæ locum habere poſſet, ſi quis ſyncere ſuo Superiori animũ ſuum non declararet: vnde incommoda, & quidem in totius Societatis non mediocre detrimentũ poſſent oriri.*

[a] Sup. c. 2. A.

tit, vel declaratus ob aliquem errorem contra noſtrã Chriſtianam Religionẽ, & quo modo id ſit.

An patrem habeat, & matrem; & quæ ſint eorum nomina: quæ conditio, & officium, & modus viuendi ſit illis: & an rerũ temporalium† penuria premãtur': an illarum cõmoditate potiãtur: & quo pacto id habeat. B

3 Si quo tempore in difficultatem, vel dubium aliquod incideret circa æs alienum, vel quòd teneatur ſubuenire parentibus, vel conſanguineis in ſpirituali, vel corporali, vel quauis alia temporali neceſſitate conſtitutis, eos inuiſendo, vel alia ratione; num proprio ſenſu ac iudicio depoſito, conſcientiæ, vel iudicio Societatis, vel ſui Superioris id velit relinquere, vt cũ ſtatuerit ille quod in Domino iuſtum eſſe ſenſerit, ei acquieſcat.

4 Quot fratres & ſorores habeat, & quis eorum ſit ſtatus, num matrimonij, an alius; Quod officium, aut viuendi modum habeant.

5 Num aliquando † verba ediderit', quæ ad matrimonium illum obligare videantur, C

B ¶ *Si præſens, et extrema neceſſitas auxilij eorũ vrgeret; conſtat, huiuſmodi admitti non debere. raro tamen huiuſmodi neceſſitas ſolet accidere.*

C ¶ *Si ſpopondiſſet per verba de præſenti,*[a] *matrimoniũ consũmando, vel modo aliquo pari; duceretur is quartum habere impedimentum, cũ quo nemo in Societatem admitti poteſt; niſi adſint conditiones illæ, quæ*

a Sup. c 2. §. 4. & p. 1. c. 3. §. 6.

deantur, & quo pacto id ſit. An habuerit, vel habeat filium aliquem.

*quæ exigi ſolent, vt coniugatus religionem ingredi poſſit.*

6 Num habeat [a] æs alienum, aut ciuiles obligationes: quod ſi habeat, quantę & quales eæ ſint.

*D ¶ Per-*

[a] P. 1. c. 3. §. 15. & L. & p. 2. c. 2. §. 5.

7 Num didicerit artem aliquam mechanicam. Num legere, & ſcribere ſciat: & ſi ſcit, probetur quo modo vtrunq; faciat, ſi aliunde non ſciretur.

8 Num [b] habuerit, vel habeat morbum aliquē occultum, vel manifeſtum, & qualem; eum ſpeciatim interrogando, num vexationem aliquam ſtomachi, vel capitis, vel quoduis aliud impedimentum naturale, ſeu defectum in aliqua ſui parte patiatur. & hoc non ſolum interrogetur, ſed, quoad fieri poteſt, inſpiciatur.

[b] P. 1. c. 3. §. 15.

9 Nū aliquos Ordines Eccleſiaſticos ſuſceperit. Num aliquam obligationem Voti habeat, quale eſt peregrinationis, vel aliud quodcunque.

10 Quem modum, vel animi propenſionem habuerit in tenera ætate, & poſtea hucuſque ad res ſuæ conſcientiæ ſalutiferas. primum circa orationem, quoties orare ſolebat interdiu & noctu, quibus horis, qua corporis compoſitione, quibus orationibus, & cum qua deuotione vel ſenſu ſpirituali.

Quo modo ſe habuerit circa audiendas Miſſas, & alia diuina officia, & Conciones. Quo modo circa lectionem rerum piarum, & bonorum virorū familiaritatem. Quo modo circa medita

tionem,

tionem, vel conſiderationem rerum ſpiritualium.

Interrogetur, an habuerit, vel habeat conceptus aliquos, vel opiniones ab ijs differentes, quæ communius ab Eccleſia, & Doctoribus ab eadem approbatis tenentur: [a] & ſi quando huiuſmodi opiniones animum ſubierint, num paratus ſit ad iudicium ſuum ſubmittendum, ſentiendumque, vt fuerit conſtitutum in Societate de huiuſmodi rebus ſentire oportere. 11

Interrogetur, an quibuſuis in ſcrupulis, vel difficultatibus ſpiritualibus, vel alijs quibuſcunque, quas patiatur, vel aliquando pati contigerit, ſe diiudicandum relinquet, & acquieſcet† aliorum de Societate, qui do- 12 D

[a] P.3. c.1. O.

D ¶ *Perſonarũ huiuſmodi electio, quibus ſe iudicandum relinquere debet is, qui in huiuſmodi difficultatibus verſatur, penes Superiorẽ erit, ſi ſubdito ea placuerit; vel penes ſubditum, ſi Superior eam approbauerit: cui ſi in caſu aliquo, & propter cauſam aliquam iuſtã videretur ad Dei obſequiũ fore, maiuſque auxilium illius, qui huiuſmodi difficultatibus laborat, vt aliquis, vel etiam plures eorum, qui iudicaturi ſunt de eis, extra Societatem aſſumantur; permitti poterit: electione tamen, vel ſaltẽ approbatione eorum penes Superiorem (vt dictum eſt) manente. Si difficultates huiuſmodi ad perſonam ipſius Superioris pertinerent; electio, vel approbatio, de qua diximus, penes Conſultores erit. Qui tamen Præpoſito Gene-*

doctrina,& probitate ſint prę-
ditu,ſententijs.

13 An omnino decreuerit ſeculum relinquere, & conſilia Domini Noſtri IESV Chriſti ſequi.

Quam dudum decreuerit, in genere ſcilicet, mundo renũciare. Poſtquàm id apud ſe ſtatuit, an in ea animi ſententia remiſſior factus fuerit, & quatenus. A quo tempore deſideria hæç renunciandi ſeculo, & cõſilia Chriſti Domini Noſtri ſequendi ſuboriri ei cœperint; vel quibus ſignis, aut cauſis ad id mouentibus, ei in mentem venerint.

*Generali, vel Prouinciali inferior eſſet, ſine alicuius eorum facultate, licet Rector ſit Collegij, vel alicuius Domus Præpoſitus, nec conſtituere poterit, nec permittere, vt huiuſmodi difficultates ad ſuã perſonam pertinentes, arbitrio aliorum extra Societatem ſubijciantur.*

14 [a] Num deliberatum habeat animi propoſitum viuendi,& moriendi in Domino cum hac,& in hac Societate IESV Creatoris,& Domini Noſtri; & à quo tempore, vbi, & per quem primum ad id motus fuerit.

[a] Par.1.c. 4.§.3.& p. 5.c.1.A.

Si negaret ſe à quoquam de Societate motum fuiſſe, progrediendum erit vlterius: ſi affirmaret ſe fuiſſe motum (quamuis licite, & cum merito moueri potuiſſet) ad maiorem tamen ipſius vtilitatem ſpiritualem fore videtur, ſi tempus ei aliquod præſcribatur,vt ea de re cogitando, Creatori & Domino ſuo ſe totũ commẽdet; perinde ac

ſi nullus de Societate ipſum mouiſſet, vt maiori cum robore ſpiritus procedere ad maius obſequium & gloriam diuinæ Maieſtatis poſsit.

Si poſt huiuſmodi conſiderationem ſenſerit ac iudicauerit ſibi ualde conuenire Societatis ingreſſum ad maiorem laudem & gloriam Dei, & ut melius ſaluti, & perfectioni tum animæ ſuæ, tum proximorum ſuorum incumbat; & postulauerit in eandem nobiſcum in Domino admitti, tunc ulterius in examine procedi poterit. 1

## DE REBVS QVIBVSDAM QVAS *præcipue ſcire eos conuenit, qui in Societatem admittuntur, ex iis, quas in ipſa obſeruare debent.*

## *Cap.* IIII.

PRoponatur illis, quod hæc mens fuerit eorũ, 1
qui primi in hanc Societatem conuenerunt, ut in ea ij admitterẽtur, qui ſeculo renũciaſſent, & Dei ſeruitio ſe omnino mancipare ſiue in hac, ſiue in alia Religione ſtatuiſſent. [a] Quocirca quicunq; Societatem ingredi uolent, antequã in Domo aliqua, vel Collegio eius viuere ſub Obedientia incipiant, debent omnia bona temporalia, quæ habuerint, diſtribuere, & renunciare ac diſponere de ijs, quæ ipſis obuenire poſſent: Eaque diſtributio primum in res debitas, & obligatorias, ſiquæ fuerint (& tunc, quam citiſſime fieri poteſt, prouidere oportebit). Si vero tales nullæ fue-

a Inf. §. 3.

fuerint, in pia & ſancta opera fiet, iuxta illud; Diſperſit, dedit pauperibus; Et illud Chriſti; Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me: Diſpenſando tamen hæc bona iuxta propriam deuotionem, & à ſe omnem fiduciam ſubmouendo eadem vllo tẽpore recuperandi.

2 [a] Quod ſi ſtatim propter aliquas honeſtas cauſas bona non relinquet, promittat ſe prompte relicturum omnia (vt dictum eſt) poſt vnum ab ingreſſu abſolutum annum, quandocunque per Superiorem iniunctum ei fuerit in reliquo temporis probationis, quo completo, ante profeſſionẽ Profeſſi, & ante tria vota publica Coadiutores re ipſa relinquere, ac pauperibus (vt dictum eſt) diſpenſare debent, vt conſilium Euãgelicum, quod non dicit; Da cõſanguineis, ſed pauperibus, perfectius ſequãtur; & vt melius exemplũ omnibus exhibeant, inordinatum erga parentes affectum exuendi, & incõmoda inordinatæ diſtributionis, quę à dicto amore procedit, declinandi; atque vt ad parentes, & conſanguineos recurrendi, & ad inutilẽ ipſorum memoriam aditu præcluſo, firmius & ſtabilius in ſua vocatione perſeuerent.

a Inf. §.3. & 5. & p. 3.c.1.§.7. & 25. & p.4.c.4.E. & p.6.c.2.H.

3 Si tamen [b] dubitaretur, nũ maioris foret perfectionis dare vel renũciare conſanguineis huiuſmodi bona, quàm alijs, propter parem, vel maiorem ipſorum penuriam, & iuſtas alias ob cauſas; nihilominus ad declinandum errandi in huiuſmodi iudicio periculum, quod ab affectu ſangui-

b Inf.§.5. & p.3.c.1. G.

*In Cap. IIII.*

A ¶ *INtelligendum eſt, intra Societatē; niſi Superiori iuſtas ob cauſas viderentur horum aliqui extra Societatem aſſumi debere.*

nis ſolet proficiſci, contenti eſ-
ſe debebunt negotium hoc ar-
bitrio † vnius, duorū, aut triū, A
qui vita & doctrina commen-
dētur, quos vnuſquiſque, cum
Superioris approbatione elege
rit, relinquere, & in eo conquie
ſcere, quod illi perfectius, &
ad maiorem Christi Domini
Noſtri gloriā eſſe cenſebunt.

a Supra §.1.
b Supra §.2.

Interrogetur itaque, num
[a] placeat ei ſtatim (ſicuti dictū
eſt) bona ſua diſtribuere; vel certe, num [b] paratus
ſit ad huiuſmodi diſtributionem, quandocunq;
exacto primo anno per Superiorem ei fuerit in-
iunctum.

c P.3.c.1. §.7.& p.6. c.2.H.

Admoneantur, quod poſt ingreſſum in Do- 4
mum nemo [c] pecuniam apud ſe, nec apud amicū
aliquem externum in eodem loco habitantem,
habere poteſt; quin potius eam in pia opera di-
ſpenſet, vel aſſeruandam ei tradat, cui cura huiuſ
modi domi commiſſa eſt; Qui

d P. 1.c.4. §.6.

B ¶ *Si accideret hunc à Societatę dimitti, et Societati quid dediſſet; ei reſtitui debet, iuxta* [e] *declarationem tertij capitis ſecundæ Partis.*

e P.2.c.3. B.

[d] quidem, quidquid vnuſquiſ-
que feret, ſcribendum curabit;
vt id ſciri poſſit, † ſi quando B
ſcitu opus fuerit.

Interrogentur itaque, num
aliquam habeant pecuniam, &
an eam diſpenſare (vt dictum
eſt) ſint contenti.

Ad-

5 Admoneantur itidẽ, ſi Eccleſiaſtici ſint, quod poſtquàm in Societatis corpus vt Profeſſi, vel Coadiutores cooptati fuerint, nulla eccleſiaſtica beneficia poſſunt retinere: & [a] quod tempore probationis, poſt primum annum abſolutum (vt ſuperius diximus) quandocunque Superiori viſum fuerit, ea relinquere debent, iuxta [b] ſuam deuotionem, vel ei, qui contulit reſignando, vel ad pia opera applicando, vel alioqui dignis viris, quibus hæc inſtrumenta ſint ad Dei obſequium, conferri curando. [c] Quod ſi conſanguineis conferenda eſſe viderentur, id non facient, niſi ab vno, duobus, aut tribus (vt ſuperius dictum eſt) iudicetur, quod id magis conueniat, & ad maius Dei obſequium ſit futurum.

a Supra §.2.& p.6. c.2.H.

b P.3.c.1. §.7.

c Supra §. 3.& p.3.c. 1.G.

6 [d] Cum autem communicatio, quæ cum amicis, & ſanguine iunctis verbo, aut ſcripto fit, potius ad quietis perturbationem, quàm ad eorum qui ſpiritui vacant profectum, præſertim in initijs, facere ſoleat, Interrogentur, nũ contenti ſint cum huiuſmodi non communicare, nec litteras accipere, nec ſcribere; niſi aliqua [e] occaſione Superiori aliter videretur: Et quandiu Domi fuerint, num contenti ſint, vt videantur litteræ omnes, & quæ ipſis ſcribentur, & quas ipſi alijs ſcribent; ei cui huiuſmodi munus commiſſum eſt, cura relicta, vt eas det, vel non det, quemadmodum in Domino Noſtro magis expedire iudicabit.

d P.3.c.1. §.2.

e Ibidem B. & p. 1. c.4.§.4.

7 Vnuſquiſque eorum, qui Societatem ingrediũtur, conſilium illud Chriſti ſequendo; Qui di-

miſerit patrem,&c.exiſtimet ſibi patrem,matrē, fratres,& ſorores, & quidquid in mundo habebat,relinquendum: immo ſibi dictum exiſtimet verbum illud, Qui non odit patrem,& matrem,inſuper & animam ſuā,non poteſt meus eſſe diſcipulus.

*C ¶ Vt loquendi modus,ſentiendi modū iuuet,ſanctum eſt conſiliū vt aſſueſcant non dicere, quod parētes vel fratres habeāt, ſed quod habebant, &c. præſeferendo ſe id non habere, quod,vt Chriſtū omnium rerū loco habeānt, reliquerunt. Hoc tamē illis magis eſt obſeruandū, qui maiori in periculo verſari videntur, vt ab aliquo naturali amore perturbentur; cuiuſmodi vt plurimum Nouitij eſſe ſolent.*

Et ita curandū ei eſt,ut † omnem carnis affectum erga ſanguine iūctos exuat, ac illum in ſpiritualem conuertat: eoſque diligat eo ſolum amore, quem ordinata charitas exigit,ut qui mundo ac proprio amori mortuus, Chriſto Domino Noſtro ſoli uiuit, eumque loco parentum,fratrum, & rerum omniū habet. C

8 Ad maiorem in ſpiritu profectum,& præcipue ad maiorē ſubmiſsionem & humilitatem propriam interrogetur,an contentus ſit futurus, ut omnes errores,& defectus ipſius, & res quæcunque, quæ notatæ in eo & obſeruatæ fuerint, Superioribus per quemuis, qui extra confeſsionem eas acceperit, manifeſtentur.

Num etiam boni ſit conſulturus (quod & ipſe,

ſe,& quiuis alius facere debet) ab alijs corrigi, & ad aliorum correctionem iuuare; Ac num manifeſtare ſeſe inuicem ſint parati debito cum amore & charitate ad maiorem ſpiritus profectum; præſertim vbi à Superiore, qui illorum curam gerit, fuerit ita præſcriptum, aut interrogatum, ad maiorem Dei gloriam.

9 Præterea antequàm quiſquam in Domum, uel Collegium ingrediatur, uel poſtquàm ingreſſus fuerit, ſex [a] experimēta præcipua, præter alia multa, de quibus ex parte inferius dicetur, requiruntur. [b] Poterunt ea tamen anteponi, & poſtponi, & moderari, & aliquo in caſu auctoritate Superioris, habita ratione perſonarum, temporum, & locorum, tum ceterorum quæ occurrerint, in alia permutari.

a Inf. §.16. & c.7. §.6.

b Ibidem & p.9. c.3. E.

10 [c] Primum eſt, in ſpiritualibus exercitijs menſem unum plus minus uerſari; id eſt, tum in examinanda conſcientia, & anteacta uita recogitanda, & [d] confeſsione generali faciēda, ac peccatorum ſuorum meditatione, tum in contemplatione rerum ac myſteriorum Vitæ, Mortis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Chriſti Domini Noſtri, tum etiam in oratione uocali & mentali iuxta cuiuſque captum, prout in Domino edocti fuerint, ſe exercere.

c P.3. c.1. §.20. & R.

d Inf. §.41. & p.1. c.4. §.6.

11 Secundum eſt, ſeruire in uno, uel pluribus Xenodochijs per menſem alium, ibidem cibum capiendo, & dormiendo: uel per aliquā, uel plures horas quotidie pro temporum, locorum, & per-

ſonarum ratione auxilium,& miniſterium omnibus ægris, & ſanis prout iniunctum eis fuerit, impendendo: vt magis ſe demittant,& humiliẽt, ac eo veluti argumento demonſtrent ſe prorſus ab hoc ſeculo,eiuſque pompis ac vanitate recedere: vt omnino ſuo Creatori & Domino pro ipſorum ſalute crucifixo ſeruiant.

Tertium eſt, peregrinari menſem alium ſine 12
pecunia: [a] immo ſuis temporibus oſtiatim pro Chriſti amore mendicare; vt poſſint ad incommoditatem comedendi,& dormiendi aſſuefieri: atque adeo vt omni ſpe illa abiecta, quam in pecunijs,& rebus alijs creatis poſſent conſtituere, integre,vera cum fide, & ardenti amore eam in ſuo Creatore & Domino conſtituant. vel vtrunque menſem miniſterio Hoſpitalium, vel alicuius eorum, aut etiam vtrumque peregrinationi, prout Superiori viſum fuerit, impendent.

a Inf. 5. 27.

[b] Quartum eſt, poſt ingreſſum in Domum,om 13
ni cum diligentia,& ſolicitudine in varijs officijs abiectis, & humilibus ſe exercere,bonum ſui exẽplum in omnibus exhibendo.

b Inf. 5. 28. & p.4. c.6.C.

Quintum eſt,doctrinam Chriſtianam,vel ali- 14
quam eius partem pueros, & alios rudiores homines publice, vel priuatim, & prout occaſio ſe obtulerit,& in domino commodius viſum fuerit, & iuxta perſonarum proportionem docere.

Sextum eſt,poſtquàm in probationibus bonæ 15
ædificationis ſpecimen præbuerint, vlterius ad prædicandum,vel confeſſiones audiendas, vel in

vtro-

vtroque ſe exercendum pro tempore, & loco, & omnium diſpoſitione progredi.

16 Antequam ingrediantur in ſecundum annum probationis, quæ fit in Domibus, vel Collegijs, per ſex menſes omnes vacare huiuſmodi ſex [a] experimentis debent, & totidem alios diuerſis alijs probationibus impendent. [b] Poterunt tamen illa ſex experimenta fieri vel in totum, vel ex parte toto probationis tempore, vt aliquando hæc, aliquando illa præcedant; & à Scholaſticis quidem vel ſtudiorum tempore, vel poſt ſtudia abſoluta, habita perſonarum, locorum, & temporum ratione; prout in Domino conuenire videbitur. Illud [c] tamen omnino obſeruabitur, vt antequàm Profeſſi futuri profeſſionem, & Coadiutores formati tria vota ſua publica, licet non ſolemnia, emittant, duo anni experimentorum, & probationũ expleantur: & in Scholaſticis, [d] ſtudijs abſolutis, præter tempus quo probantur, vt Scholaſtici approbati cenſeantur, tertius alius annus, ante quàm ad profeſſionem, vel in Coadiutores formatos admittantur, in [e] varijs probationibus, & ſpeciatim in dictis (ſi prius illis perfuncti non ſunt, immo quamuis perfuncti fuerint) in nonnullis earum, ad maiorem Dei gloriam, exigetur.

17 Quandiu huiuſmodi experimenta, & probationes fiunt, nullus dicat ex Societate ſe eſſe; ſed potius qui examinatus fuerit ad Profeſſioné, ex parte ipſius Societatis (quamuis [f] ex parte ſua cũ indifferentia ad omnes gradus ſit ingreſſus) cum loquen-

a Supra §.9.

b Inf. c.7. §.6. & p.9. c.3. §.8. & E.

c Supra c.1. §.12. & inf. §.41. & c.6. §.8. & p.4. c.3. §.3. & c.4. §.5. & p.5. c.1. §.3. & c.4. §.3. & 6.

d Supra c.1. §.12. & infra c.6. §.8. & p.5. c.1. §.3.

e Supra §.9. & p.5. c.2. §.1.

f Supra c.1. §.7. & 11.

loquendi occaſio ſe obtulerit, dicere debet ſe in experimentis verſari, atque optare ſe admitti in Societatem, quocunque in gradu ipſa Societas ad gloriam Dei eo vti volet. Si vt Coadiutor examinatus fuerit, dicet ſe in probationibus adhuc eſſe, atque optare in gradum Coadiutorum recipi.

[a] Inf. c. 8. Simili modo de Scholaſticis, & de alijs qui [a] vt indifferentes examinati ſunt, intelligatur: vt quiſque iuxta ſui examinis rationem reſpondeat.

Circa huiuſmodi experiméta diligenter, quod ſequitur, eſt obſeruandum; ſcilicet, vt, vbi [b] aliquis in primo experimento, nempe exercitiorũ ſpiritualium verſabitur, is qui illum exercet, ad Superiorem referat, quid de eodem ſentiat ad finem Societati præfixum. 18

[b] P. 2. c. 2. C.

[c] Ibidem. [c] Cum in ſecundo, ſeruiendi in Hoſpitalibus, afferat qui probatur, Gubernatoris teſtimonium, vel Præfecti eorum, qui inſeruiunt Hoſpitali, de boni nominis odore, quem in eo reliquerit. 19

[d] Ibidem. [d] Cum in tertio, peregrinationis; ab vltimo loco, ad quem peruenit, vel non procul ab eo, teſtimonium ab aliquibus, vel vno certe fide digno ſecum ferat, quod ſuam deuotionem ſequutus, ſine vlla cuiuſquam querela eò peruenit. 20

[e] Ibidem. [e] Cum in quarto, exercendi ſe in officijs domeſticis humilitatis, pro teſtimonio erit data omnibus, qui Domi ſunt, ædificatio. 21

[f] Ibidem. [f] Vbi uero in quinto, de doctrina Chriſtiana, & ſexto, de prædicatione, & confeſſionibus audiendis, uel de utroque munere obeundo uerſabitur; 22

tur; eius teſtimonium erit (ſi quidē Domi noſtræ habitauerit) à Domeſticis accipiendū, & ex ædificatione, quã populus, ubi Domus eſt, acceperit. Si prædicare, & cōfeſſiones audire acciderit alijs in locis extra huiuſmodi populum, ac Domum, teſtimonium afferre debet ab huiuſmodi locis, ubi diutius uerſatus fuerit; uel à perſonis publicis (præcipuam habendo rationem Prælatorum ordinariorum) quæ fidem plane faciant, quod cū doctrina ſana, ac bonæ uitæ exemplo, ſine cuiuſquam offenſione, uerbum diuinum ſeminauit, & officio Confeſſarij functus eſt.

23 Præter hæc teſtimonia, poterit Societas, quando id expedire uideretur, curare, ut aliunde certior fiat; ut ipſa ſibi magis, ad Dei & Domini Noſtri gloriam ſatisfaciat.

24 Si huiuſmodi [a] teſtimonia in prædictis experimentis non afferrentur, diligenter cauſa inquirenda erit, curandumque, ut rei totius ueritas intelligatur: quò melius omnia, quæ conuenient, prouideri poſſint; ut melius bonitati diuinæ, ipſius gratia aſpirante, inſeruiatur. a P.2.c.2. C.

25 Præterea [b] poſtquàm domi fuerit, egredi eam ſine facultate non debet: & [c] ſi laicus fuerit, confiteatur oportet, & ſanctiſsimum Sacramentum Euchariſtiæ ſumat octauo quoq; die; niſi Confeſſario aliquod eſſe impedimentū ad communionē uideretur. Si Sacerdos eſt, cōfitebitur ut minimum octauo quoq; die, & crebrius miſſæ ſacrificiū offeret; ſimul Ordinationes, uel Cōſtitutiones b P.3.c.1. §.3. & C. c P.3.c.1. §.11. & p. 4. c.4. §.3. & B. & p. 6.c.3. §.2.

alias

alias Domus (vt in eius Regulis edoctus erit) obſeruabit. [a] Omnes, qui domi ſunt, in addiſcenda doctrina Chriſtiana ſe exercebunt, & [b] etiam in prædicatione illi, quibus Superior Domus id faciẽdum iudicabit: inter quos nullus erit eorum, qui in Coadiutores temporales admiſſi ſint.

a Par.3.c. 1.§.20. b P.3.c.1. §.21. & p. 4.c.8. §.3. & p. 10.§. 3. c P.3.c.2. §.3. & C. & p.6.c.2. §.15.& 16. & M.

[c] Sui victus, potus, veſtitus, & lecti rationem, ſi Societatẽ ſequi velit, ſibi perſuadeat fore vt pauperibus accommodatam, quodque quę viliſſima erunt ex ijs, quæ domi ſunt, ei tribuentur, propter ipſius maiorem abnegationem, & ſpiritualẽ profectum; & vt ad quandam æqualitatem & veluti menſuram ab omnibus perueniatur. Cum enim qui primi in Societatem conuenerunt, per huiuſmodi indigentiam, ac penuriam maiorem rerum corpori neceſſariarum probati fuerint; qui poſt eos accedent, curare debent, vt quoad poterunt, eo pertingant, quò illi peruenerunt, vel vlterius etiam in Domino progrediantur. 26

Ad hæc, præter reliquas peregrinationes, & probationes ſic declaratas, antequàm Profeſsi ſuam profeſsionẽ, & Coadiutores ſua vota emittant, & (ſi Superiori videbitur) Scholaſtici, antequam approbati cenſeantur, & vota ſua, ac promiſsionem ſuperius dictam faciant, per triduum ſuis conſtitutis temporibus, veſtigia ſequendo primorum, de quibus mentionẽ fecimus, [d] oſtiatim pro Chriſti Domini Noſtri amore mẽdicare debent, vt contra quàm eſt communis hominũ ſenſus, ad diuinum obſequium & laudem magis 27

d Supra §. 12.

ſe

ſe poſsint ſubmittere,magiſque in ſpiritu profi-
cere,ad gloriam diuinę maieſtatis: [a] vt etiam ma- a Par. 4.c.
gis ſint diſpoſiti ad id ipſum faciendum,quando 2.§.6.& p.
illis iniunctum fuerit,vel conueniẽs, aut neceſſa 6.c.2.§.10.
rium erit, dũ per varias mundi partes,iuxta quod & 13.& L.
eis præſcriptum,vel conſtitutum per Summum & p.7.c.1.
Chriſti Vicarium, vel eius loco per Superiorem E. & c. 2.
Societatis fuerit,diſcurrent. quandoquidem exi- G.
git noſtræ profeſsionis ratio, vt parati,& in pro-
cinctu ſimus ad ea omnia, quæ quouis tempore
in Domino nobis iniuncta fuerint,nec [b] petendo, b P. 4. c.
nec expectando præmium vllum in præſenti hac, 15.§.4. &
& labili uita, ſed eam, quæ undecunque æterna p. 6.c.2.§.
eſt,ex ſumma Dei miſericordia ſemper ſperãdo. 7.

28 Et [c] ad particularia quædã deſcendẽdo,in pro- c Supra §.
bationibus humilitatis,& abnegationis ſui, & in 13. & inf.
exercendis officijs abiectis, & humilibus(cuiuſ- §. 46.& p. 3. c. 1. §.
modi ſunt,in culina ſeruire,domum euerrere, & 22. & 27.
reliqua omnia ſeruitia obire) promptius ea ſuſci
pi conuenit, à quibus ſenſus magis abhorrebit: ſi
quidem iniunctum fuerit, ut in eis ſe exerceant.

29 Cum [d] aliquis ad miniſteria culinæ obeunda d P. 3.c.1.
ingredietur,uel ad eũ iuuandũ, qui Coquus eſt, §.24.
eidem obedire cum magna humilitate,in rebus
omnibus ad ipſius officium pertinẽtibus, debet.
ſi enim ei integram Obedientiã non præſtet,nec
ulli ex Superioribus,ut uidetur,præſtaret; quan-
doquidem uera Obedientia nõ conſiderat perſo
nam,cui fiat,ſed propter quem fiat: & ſi propter
ſolum Creatorem & Dominũ Noſtrum fiat, eidẽ

om-

omnium Domino obeditur. Vnde nulla ratione conſiderandum eſt, an ſit Coquus, uel Superior Domus: an hic, uel ille ſit, qui iubet; quandoquidem nec illis, nec propter illos (ſane intelligẽdo) ulla obedientia præſtatur, ſed ſoli Deo, & propter ſolum Deũ Creatorem ac Dominum Noſtrum.

30 D Ideo melius eſt, ut Coquus † non roget ſibi inſeruientẽ', ut hoc, aut illud faciat, ſed cũ modeſtia iubeat uel dicat, hoc fac, uel illud: Si enim rogat, potius ut homo hominẽ alloqui uidebitur: & Coquum laicum rogare Sacerdotem, ut ollas abſtergat, uel res huiuſmodi faciat, nec decens, nec iuſtum uideretur: ſed ſi iubeat, uel dicat, fac hoc, uel illud, ſignificabit magis quòd ut Chriſtus homini loquitur, quandoquidem ipſius loco iubet: atque ita qui obedit, conſiderare ac perpendere uocem à Coquo, uel alio, qui ſit ei Superior, egreſſam debet, ut ſi à Chriſto Domino Noſtro egrederetur, ut omnino placere diuinæ Maieſtati poſsit.

*D ¶ Vtrunq; bonum eſt, rogare, & iubere: nihilominus in initijs magis proficiet aliquis ſi iubetur, quàm ſi rogaretur.*

31 E Hoc ipſum in alijs humilibus officijs intelligatur, quando aliquis in eis miniſterium ſuũ impendit: atque [a] eodem modo accipiatur in † officialibus ſubordinatis', qui accepta à Superiori auctoritate Domum gubernant.

a P. 3. c. 1. §. 24. & p. 4. c. 10. §. 8.

*E ¶ Cuiuſmodi eſſe ſolent Miniſter & Subminiſter,*

b P. 3. c. 1. §. 17. & c. 2. G.

32 [b] Ægritudinis tempore non

ſolum

ſolum obſeruare unuſquiſque Obedientiam magna cum puritate debet erga Superiores ſpirituales, ut ipſius animam regant: ſed cum eadem humilitate erga Medicos corporales, & Infirmarios, ut corpus eius regāt; quandoquidem illi plenam ipſius ſanitatem ſpiritualem, hi uero corporalem omnino curant.[a] præterea qui ægrotat, humilitatem & patientiam ſuam præſeferendo non minorem ædificationem, dum morbo laborat, iis, qui ipſum inuiſent, & cū eo uerſabuntur & agēt, quàm dum ualebat corpore, ad maiorem Dei gloriam, præſtare curet.

*ſter, vel alij, qui in Collegijs ſimilia munera gerunt.*

a P.6.c.4. §.1.

33 Ad maiorem firmitatem omnium, quæ ſic narrata ſunt, & ad maiorem ſpiritualem profectum eius, qui examinatur; interrogetur, an omnino obedientem ſe exhibere in omnibus, quæ hic dicta & declarata ſunt, uelit, ſubeundo [b] & adimplendo quaſuis pænitentias; quæ propter defectus, & negligentiam ſuam, uel quiduis aliud fuerint iniunctæ.

b Supra c. 1. §. 6. & inf. §. 41. & p.3.c.1. §.15.

34 Re in Domino conſiderata, uiſum nobis eſt in diuinæ Maieſtatis conſpectu mirum in modum conferre, ut [c] Superioribus ſubditi omnino perſpecti ſint: quò melius regi & gubernari, & per eos in uiam Domini dirigi poſsint.

c Inf. §. 35. & p.3. c. 1. §.12. & p. 4. c. 10. § 5. & p.5.c 1. § 2.

35 Præterea quanto exactius Superiores res omnes internas, & externas ſuorum nouerint, tanto maiori cum diligentia, amore, & ſolicitudine iu-

uare

uare eos, ipſorumque animas à uarijs malis, & periculis, quæ in progreſſu poſſent accidere, conſeruare poterunt. Cum[a] etiam ſemper parati eſſe, iuxta noſtræ profeſsionis rationem, & procedendi modum, ad diſcurrendũ per has & illas mundi partes debeamus; quandocunque per Summũ Pontificem, uel Superiorem noſtrum immediatum fuerit nobis iniunctum. Vt melius ſecundũ Dei uoluntatem huiuſmodi miſsiones fiãt, his, & non illis mittendis; uel his ad hoc munus, illis uerò ad alia; non ſolum refert ualde, ſed ſummopere, ut Superior[b] plenam habeat notitiam propenſionum, ac motionum animi, & ad quos defectus, uel peccata fuerint, uel ſint magis propẽſi, & incitati, qui ſub eius cura sũt: ut eius rei habita ratione, melius ipſos dirigere poſsit; nec ſupra menſuram uirium ſuarum in periculis, uel laboribus grauioribus, quàm in Domino ferre ſuauiter poſsint, conſtituat: & etiam ut (quæ audit ſub ſecreti ſigillo cuſtodiendo) melius Superior poſſit ordinare ac prouidere, quæ corpori uniuerſo Societatis conueniunt.

a P. 3. c. 2. G. & p. 4. proe. A. & p. 7. c. 1. §. 1. & c. 2. H.

b Supra §. 34.

Ideo quicunque hanc Societatem in Domino 36
ſequi uolet, & in eadem ad maiorem Dei gloriã manere, priuſquàm ad primam probationem accedat, uel poſtquàm ingreſſus fuerit, antequàm generaliter examinetur, uel poſt examen, intra aliquot menſes (ſi Superiori differendum uideretur) ſub ſigillo confeſsionis, uel ſecreti, uel quacumque ratione ei placuerit, & ad maiorem ipſius

ſius conſolationem fuerit, debeat conſcientiam ſuam magna cum humilitate, puritate, & charitate manifeſtare, re nulla qua Dominum vniuerſorum offenderit, celata: & totius anteactæ vitæ rationem integram, vel certe rerum maioris momenti Superiori, qui tum fuerit Societatis, vel cui ex Præpoſitis, vel alijs ex inferioribus ille iniungeret, prout magis conuenire videretur, reddat; vt melius omnibus in Domino proſpiciatur, ipſeque magis in ſpiritu cum gratia vberiori ad maiorem diuinæ bonitatis gloriam proficiat.

37 Sic igitur progredientes in gratiæ atque ſpiritus incremento, plenoque cum deſiderio ingrediendi, & perſeuerandi, quandiu vixerint, in hac Societate, tantundem [a] facient aliquoties antequàm ad profeſſionem qui Profeſſi, & ad ſua vota qui Coadiutores formati ſunt futuri, admittãtur; & id, quo ſequitur modo.

[a] Supra §. 36.

38 Poſtquàm primo aliquis eorum integram vitæ rationem Superiori Domus reddidit, [b] ab eodem die inchoando, prioribus, quę eidem dixit, non repetitis, iterum poſt ſemeſtre proximum plus minus ei, vel cui à Superiore fuerit conſtitutum, vitæ rationem reddet. Deinde à ſecunda hac ratione incipiendo, eodem ordine procedetur; & ſexto quoque menſe rationem hanc ſui quiſque reddet. Vltima vero circiter triginta dies antequàm Profeſſi futuri ſuam profeſſionem, & Coadiutores ſua vota emittant, reddetur.

[b] Supra §. 36.

39 Scholaſtici [c] eodem modo procedent, pręterquàm

[c] Supra §. 36. & p. 4. c. 10. §. 5.

quàm quod abſolutis ſuis ſtudijs cum primum rationem vitæ ſuæ reddent, ab vltima quam reddiderunt in Domo vnde ad ſtudia miſſi ſunt, vel ab initio vitæ, ſi aliqua de cauſa numquam reddiderunt, incipient.

a Supra §. 36. & p. 6. c. 1. §. 2. & p. 9. c. 3. §. 19.

Sic [a] etiam videtur quod Coadiutores forma- 40
ti, & Profeſſi, ſi alicubi agent vbi Præpoſiti alicuius Societatis Obedientiæ ſubiaceãt, ſingulis annis, vel crebrius, ſi Præpoſito videbitur, ſuæ conſcientiæ rationem dicto modo ab vltima quam reddiderunt incipiendo, ei reddant.

b Supra. c. 1. §. 13. & G. & p. 1. c. 4. §. 5.

c Supra §. 10. & p. 1. c. 4. §. 6.

Qui ſenſerit ad omnia quæ dicta ſunt, animũ 41
ac vires ſibi à Domino dari, ac ad maiorem Dei gloriam fore, ſuęque animæ magis ſalutiferum iudicat in corpus huius Societatis admitti, [b] pręter litterarum Apoſtolicarum, & Conſtitutionũ, & reliquorũ, quæ ad eius Inſtitutum pertinent, ipſo initio, ac poſtea ſexto quoque menſe, vt dictum eſt, conſiderationem, [c] debet generalem vitæ totius confeſſionem apud aliquem Sacerdotem à Superiore aſſignatum propter multiplicẽ ſpiritus vtilitatem quæ ea in re deprehenditur, facere. Quod ſi aliquando generaliter confeſſus fuerit alicui de Societate, vel in exercitijs ſpiritualibus, vel extra illa, ſatis erit generalẽ confeſſionem ab alia etiam generali ad id vſque tẽpus inchoare, & poſt eam Sacratiſſimum Chriſti Domini Noſtri Corpus ſumere, & ſic ſexto quoque menſe eodẽ modo generaliter, ab vltima inchoãdo, confitebitur. Demum continuum puritatis

ac

ac virtutum augmentum, & inflammata in Domino deſideria multum in hac Societate diuinæ maieſtati ſeruiendi procurando, [a] exactis duobus annis probationis, & ſe perpetuo obedientẽ exhibendo, & in ſua conuerſatione, & varijs experimentis ædificationem præbendo, [b] ac pæniten tias pro erratis, & negligentijs, & defectibus iniunctas magna cum humilitate ſubeundo, ſi & ipſe, & Societas, vel Superior Domus contenti fuerint, in Societatis corpus admitti poterit, [c] conſideratis prius litteris Apoſtolicis, & Conſtitutionibus, & confeſſione generali peracta, vt ſuperius eſt dictum; quam vt melius inſtituat, ſeſeque in ſua prima deliberatione confirmet, per vnius hebdomadæ ſpatium ſe colligendo, & aliqua ſpiritualia exercitia ex iam factis, vel alijs, faciendo, poſtremo ſuam oblationem, ac Vota ſiue ſolemnia ſint in Profeſſis, ſiue ſimplicia in Coadiutoribus, & Scholaſticis, quemadmodum in Conſtitutionibus declarabitur, ad maiorem Dei gloriam, vberioremque fructum animæ ſuæ, emittat.

a Supra c. 1. §. 12. p. 4. c. 3. §. 3. & c. 4. §. 5. & p. 5. c. 1. §. 3. & c. 4. §. 3. & 6.

b Sup. §. 33. & c. 1. §. 6. & p. 3. c. 1. §. 15.

c Supra c. 1. §. 13. & G.

42 Admoneantur quod Votis huiuſmodi emiſſis, iuxta tenorem litterarum Apoſtolicarum, non poſſint ipſi ad alias Religiones ſine facultate à Superiore Societatis conceſſa tranſire.

43 Quod ſi exacto probationis tempore, contentus quidẽ ipſe eſt, & exoptat ſic ad Profeſſionẽ, vel in Coadiutorem, vel in Scholaſticum admitti, verum dubitaret Societas de ipſius talento, vel moribus, ſecurius [d] erit in alium annum, vel

d Supra c. 1. §. 12. & p. 5. c. 1. §. 3. & C.

tẽpus, quod videbitur, id prorogari; donec vtriq; parti plene in Domino ſit ſatisfactum.

Præterea diligenter animaduertant oportet 44
qui examinantur (magnifaciendo, ſummique momenti id eſſe ducendo in conſpectu Creatoris ac Domini Noſtri) quantopere iuuet ac conferat ad vitæ ſpiritualis profectũ, omnino, & non ex parte abhorrere ab omnibus, quæ mundus amat, & amplectitur, & admittere, & concupiſcere totis viribus quidquid Chriſtus Dominus Noſter amauit, & amplexus eſt. Quemadmodum enim mundani homines, qui ea, quæ mundi ſunt, ſequuntur, diligunt, & quærunt magna cum diligentia honores, famam, magni nominis exiſtimationẽ in terra, ſicut mundus eos edocet; ſic qui procedunt in ſpiritu, & ſerio Chriſtum Dominũ Noſtrum ſequuntur, amant, & ardenter exoptant quæ ijs omnino contraria ſunt; indui nimirũ eadem veſte, ac inſignibus Domini ſui, pro ipſius amore ac reuerẽtia; adeo vt ſi ſine offenſione vlla diuinæ maieſtatis, & abſque proximi peccato foret, vellent contumelias, falſa teſtimonia, & iniurias pati, ac ſtulti haberi & exiſtimari (nulla tamen ad id per eos data occaſione) eo quòd exoptant aſſimilari, ac imitari aliquo modo Creatorem ac Dominum Noſtrum IESVM Chriſtũ, eiuſque veſtibus & inſignibus indui: quandoquidem illa ipſe propter maiorem profectum noſtrum ſpiritualem induit, nobiſque exemplũ dedit, vt in omnibus, quoad eius fieri poterit, diuina

gratia aſpirante, eum imitari, & ſequi, cũ vera ſit via, quæ ducit homines ad vitam, velimus. Igitur interrogentur, an huiuſmodi deſideria tam ſalutaria, & ad perfectionem animarum ſuarum tam fructuoſa in ſe ſentiant.

45 Quod ſi quis propter humanam noſtram debilitatem ac miſeriam, in ſe huiuſmodi tã inflãmata in Domino deſideria non ſentiret, interrogetur an certe deſiderium in ſe ſentiat, huiuſmodi deſideria ſentiendi. Si affirmando reſpõderit, optare ſe nimirum huiuſmodi tam ſancta deſideria animo concipere, quo melius ad eorum effectum perueniatur, interrogetur, an decreuerit, paratuſque ſit huiuſmodi iniurias, illuſiones, & opprobria in Chriſti inſignibus incluſa, & alia quæuis, quæ ei inferrentur ſiue per quemuis ex Domo, vel Societate (in qua obedire, & humiliari, ac ęternam beatitudinem conſequi exoptat) ſiue extra eam per quemuis viuentium, nulli malum pro malo, ſed bonum pro malo reddendo, admittere, & patienter cum Dei gratia ferre.

46 Vt melius ad hunc perfectionis gradum in ſpirituali vita tam precioſum perueniatur, eius maius ac impenſius ſtudium ſit, [a] quærere in Domino maiorem ſui abnegationem, & continuam in rebus omnibus, quoad poterit, mortificationem. Noſtrum autem erit in eiſdem iuxta gratiam, quam Dominus nobis conferre ad ſuam maiorem laudem ac gloriam dignabitur, eum iuuare.

[a] Supra §. 28. & inf. c. 6. §. 6. & p. 3. c. 1. §. 23. & 27.

## *DE ALIO EXAMINE AD particularia aliquanto magis deſcenden te, quod eruditis, & Coadiutoribus ſpiritualibus, & Scholaſticis conuenit. Cap. V.*

QVO melius intelligi, atq; cognoſci queat quæ ad huiuſmodi homines ſpectant, vnuſquiſque eorum interrogetur, Vbi ſtuduerit, Qua in facultate, Quibus auctoribus ac doctrinę deditus, Quantum temporis ſtudijs impenderit, Quantumque ſuo iudicio profecerit, ac nominatim, Quam ſit ei familiaris Latina lingua. 1

An ad gradus Artium liberalium, vel Theologiæ, vel Iuris Canonici, vel alterius cuiuſuis facultatis ſit promotus. 2

a P. 1. c. 2. §. 7. An [a] exiſtimet ſe memoria ad bene capiendũ, & retinendum quod didicerit, eſſe præditum. 3

b P. 1. c. 2. §. 6. An [b] ſibi videatur pollere intellectu, qui cito, ac bene penetret ea, quibus ſtuduerit.

An in ſe propenſionem naturalé, aut voluntariam ad ſtudia ſentiat.

An exiſtimet ſtudia ſanitati ſui corporis aliquid detrimenti attuliſſe. 4

c P. 1. c. 2. §. 11. An [c] vires ſibi corporales, & ſpirituales ſuppetere ſentiat ad labores qui in Societate requiruntur ferẽdos, ſiue in ſtudijs, quãdiu illis vacat, ſiue in vinea Domini, cum in ea laborandum eſt.

Si Sacerdos fuerit, An ſe in audiendis confeſ-

ſionibus,

ſionibus, vel in prædicatione, vel alijs miniſterijs ad proximum iuuandum exercuerit.

6 Cum ad huiuſmodi officium ac miniſterium diuini verbi ſeminandi, & ſpirituali proximorum auxilio attendendi, litterarum bonarum ſufficiens eruditio requiratur, & Scholaſticos etiam aliquod ſui profectus in litteris quibus ſtuduerunt ſpecimen præbere oporteat, omnes examinentur. [a] quod fiet, ſi quiſque lectionem vnã in quauis facultate cui operam dederit, prælegat; & poſtea exhortationem vnam quiſque (idq; ante egreſſum à prima probatione) faciat: & poſtea in ſecundam ingrediendo, ſi ei fuerit iniunctum, vt inferius dicetur, hoc ipſum faciet.

[a] P. 1. c. 4. §. 5.

7 Præterea intelligat (ſi Sacerdos eſt, vel quãdocunque promotus ad Sacerdotium fuerit) quod confeſſiones nec Domi, nec foris audire, nec vlla Sacramenta miniſtrare ſine peculiari probatione, ædificatione, & facultate ſui Superioris per totum probationis tempus debet: ſed nec publice Miſſam dicere debet, donec corã aliquo, vel pluribus domeſticis priuatim eam dicat, & admoneatur, [b] vt in modo dicendi conueniat cũ alijs de Societate inter quos agit, & ſe ad ædificationẽ eorum qui illam ſunt audituri, componat.

[b] P. 4. c. 8. §. 2. & p. 8. c. 1. §. 8.

8 Ad maiorẽ humilitatem & perfectionẽ eruditorũ Coadiutorum ſpiritualium, & Scholaſticorum, ſi de eo qui in Societatem eſt ingreſſurus dubitatur an idoneus ſit futurus, vt ad Profeſſionem, vel in Coadiutorem ſpiritualem, vel

Scholaſticum eius admittatur; cum id tanquam certiſſimũ ſtatuatur, quod multo melius & perfectius ſit, vt ipſe iudicari, & regi ſe à Societate ſinat; quandoquidem non minus, quàm ipſe, quod exigitur, vt in ea maneat, Societas intelliget, ipſi vero maiori humilitati, & perfectioni tribuetur, maioremque dilectionem, ac fiduciam in his, à quibus eſt gubernandus, oſtẽdet; [a] interrogetur, an velit proprium ſenſum, ac iudicium Societati ſubmittere, vel eius Superiori; ita vt acquieſcat eius ſententiæ; ſiue inter eos illum cõſtituat, qui in Societate profeſſionem emittunt, & Chriſti Domini Noſtri Vicario obligãtur, ſiue inter Coadiutores, ſiue inter Scholaſticos Societatis, in ſtudijs vlterius progrediẽdo. Interrogetur vlterius, ſi Superior vellet ſemper eundem ſolum vt Coadiutorem in rebus exterioribus Societatis curandis occupari, ac ſic in ſuæ animæ ſalutem incũbere; an paratus ſit in humilibus, & infimis officijs ſe exercere, vitamque omnem in vtilitatem, & auxilium eius exigere; ſibi perſuadendo, quod dum ei inſeruit, Creatori ac Domino ſuo (pro cuius amore, & debita reuerentia omnia facit) inſeruit.

a Supra c. 1. §. 7. & 11. & c. 4. §. 17. & inf. c. 8.

## *DE ALIO EXAMINE AD SOLOS Coadiutores accommodato.*

### *Cap. VI.*

1 AD maiorem rei notitiam declaretur vnicuique ex huiuſmodi Coadiutoribus latius, quod in initio attingebatur; [b] Quod ſcilicet in

b Supra c. 1. §. 9. & p. 5. c 2. §. 4. & c. 4. §. 1. 2. & 3.

in hanc Societatem Coadiutores ſpirituales, & temporales admittuntur; [a] Spirituales quidem, qui Sacerdotes ſunt, & litteris ſufficiẽter ornati, vt in rebus ſpiritualibus Societatem iuuent: [b] Tẽporales verò ad ſacros Ordines non promoti, cũ litteris, vel ſine illis, in rebus externis quæ neceſſariæ ſunt, poſſunt iuuare. a P. 1. c 2. §. 5. b P. 1. c. 2. § 2.

2 Priorum magis proprium eſt, Societatem in audiendis confeſſionibus, in exhortationibus, in Doctrina Chriſtiana, & alijs litteris edocẽdis iuuare: His vero eędem gratiæ ad animarũ auxiliũ communicari poſſunt, quę Profeſſis ipſis ſolent.

3 Poſteriorum [c] magis eſt proprium (licet poſſint in rebus maioribus pro talẽti eis à Domino conceſſi ratione occupari) vt in miniſterijs omnibus inferioribus, & humilioribus, quæ ipſis iniungentur, ſe exerceant; perſuaſi quod Societatem iuuando, [d] quo melius illa ſaluti animarum vacare poſsit, eidem omnium Domino ſeruient: quandoquidem propter diuinum ipſius amorem ac reuerentiam id faciunt. Ideo prompti eſſe cum omni humilitate, & charitate, quoad fieri poterit, debent ad officia, quæ eis credita fuerint, exactè obeunda. Quo fiet, vt non ſolum mercedem ſuam integram habeant, ſed participes ſint omnium bonorum operum, quæ Deus per vniuerſam Societatem ad obſequium & laudem ſuam operari dignabitur, & omnium indulgentiarum, & gratiarum, quæ Profeſsis ad ſuarum animarũ bonum à ſede Apoſtolica conceſſę fuerint. c Inf. c. 8. §. 2. & p. 1. c. 2. §. 2. & p. 4. c. 6. B. d P. 1. c. 2. A.

Et

a P. 7.c.4. §.8. Et [a] nihilominus eniti debent in colloquijs ſpiritualibus, ad maiorem vtilitatem ſpiritualem proximorum aliquid cõferre, & quod nouerint, docere, & ad bene agendum, quoſcunque poterunt (quandoquidem vnicuiq; Deus proximi ſui curam dedit) excitare. 4

Siquis inſtructus & examinatus fuerit, vt ſit futurus ſpiritualis Coadiutor, ſic vacare debet rebus ſpiritualibus, quæ cum ſua prima vocatione proprie ſunt coniunctæ, vt [b] in poſterum directe, vel indirecte per ſe, vel alium innouare, aut mutationem aliquam à ſua vocatione in aliam, ſcilicet à gradu Coadiutoris ſpiritualis ad Profeſsi, vel Scholaſtici, vel Coadiutoris temporalis gradum, tentare non debeat: ſed cum omni humilitate, atque Obedientia incedere ac progredi eadem via, quæ ipſi ab eo qui neſcit mutationẽ, & in quem illa non cadit, oſtenſa eſt. 5

b P.5.c.4. §.5.

Eadẽ ratione ſi quis examinatus, & inſtructus fuerit, vt ſit futurus Coadiutor temporalis, ſic ſe totum rebus, quæ cum ſua prima vocatione proprie ſunt coniunctæ, addicat, vt [c] non curet vlla ratione à ſtatu Coadiutoris temporalis, in ſtatũ ſpiritualis, vel Scholaſtici, aut Profeſsi progredi; nec etiam (ſi in ſuo eodem maneat) plus litterarum addiſcere quàm ſciebat cum eſt ingreſſus, curet: ſed perſeuerare magna cũ humilitate debet in omnibus, Creatori ac Domino ſuo iuxta primam ſuam vocationem inſeruiendo, [d] ac ſolicite in abnegationis ſui ipſius profectum, & vera- 6

c P.5.c.4. §.5.

d Supra c. 4.§. 46. & P.3.c.1.§. 27.

rarum

rarum virtutum ſtudium incumbendo.

7 Interrogētur huiuſmodi, vt de re propria ſuæ
vocationis, an [a] contenti, & quieti ſint futuri in a P. 1. c. 2.
obſequio Creatoris & Domini ſui in officijs, ac §. 2.
miniſterijs abiectis, & humilibus ad auxiliū Do-
mus, & Societatis pertinentibus, cuiuſcunque ra-
tionis illa ſint, parati ad vitam omnem in eis exi-
gendam, ſibi perſuadendo quod ea in re obſe-
quium, & laudem præſtant ſuo
Creatori & Domino, dum om
nia propter diuinū ipſius amo-
rem, & reuerentiam agunt.

8 Omnes Coadiutores tā ſpi-
rituales, quàm tēporales [b] exa
cto biennio, quod experimen-
tis & probationibus datur, &
[c] vno adhuc anno, ſi Scholaſti
ci fuerint (vt prius eſt declara-
tum) ſi velint in Societate ma-
nere, & ipſa, vel Superior eius
contentus fuerit, [d] oblationem
ſuam trium Votorum facient
(quæ publica, licet non ſolem-
nia ſint iuxta litteras Apoſto-
licas Iulij III.) Obedientię,
Paupertatis, & Caſtitatis, vt ini
tio diximus; & exinde Coadiu
tores formati vel ſpirituales,
vel temporales cenſendi ſunt;
A ita, vt † ex [e] parte ipſorum
liga-

In Cap. VI.

A ¶ *Ex parte*
*ipſorum*
*conuenit eos li-*
*gari; quandoqui-* b Supra c. 1. §. 12. &
*dem eorum ſtabi* c. 4. §. 16.
*litas quæritur.* & p. 5. c. 1. §. 3.
*Nec eſt iniuſtum*
*(vt patet in litte* c Supra c.
*ris Apoſtolicis)* 1. §. 12. &
*ſi Societas liber-* c. 4. §. 16.
*tatē ad eos dimit* & p. 5. c. 1. §. 3.
*tēdos, quādo non*
*faciunt quod de-* d Supra c. 1. § 9 & p.
*bent, retineat;* 5. c. 4. §. 1.
*quandoquidē illi,* 2. & 3. &
*ſi id accideret,* A. & B.
*ſoluti manent; &*
*alioqui facilius*
*eſt aliquem ab*
*eo, quod debet,* e P. 5. c. 4.
*de-* B.

*deficere, quàm Societatem, vel eius Præpoſitum Generalẽ; quorũ tantum erit poſſe dimittere; nec id ſine cauſis iuſtiſſimis (vt in ſecũda Parte Conſtitutionũ videbitur) fieri debebit.*

ligati' ad ſemper viuendum, & moriẽdum in Domino in hac Societate, ad diuinæ Maieſtatis gloriam, maiuſque meritum & ſtabilitatem propriá maneant. nihilominus Societas, vel eius Superior, qui commune bonũ debet intueri, cum eorum opera ad maius Dei obſequium ſe non iuuari, ſed contra potius accidere cerneret, eos dimittere, & à ſua congregatione ſeparare poteſt: & [a] tunc illi omnino liberi, nulloque voto obſtricti remanent.

a P.2.c.4. §.3.& p.5. c.4.B.

In Cap. VII.

A ¶ *Hoc, & ſuperius Examẽ non ſolum ijs, qui tũc primum ad ſtudia mittũtur, verum etiam illis, qui in eis progrediuntur, cum ad Domos veniunt vt alio mittãtur, proponitur.*

## *DE † ALIO EXAMINE' Scholaſticis accommodo, ac in primis antequàm in Scholaſticos admittantur.* A

### *Cap. VII.*

1 Experimentis & probationibus prædictis abſolutis, ſi Scholaſtici voluerint ſtudere in Collegijs, [b] vel Domibus Societatis, vt in eis in Domino ſuſtententur, ſi Societas, vel eius Superior contentus etiam fuerit, antequàm ad ſtudia ſe conferant, vel dum in eiſdem manebunt, ob ſuum maius meritum, ac ſtabilitatem

b P.3.c.1. §.27.& X.

tem [a] Vota ſimplicia Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, ac promiſsionem, quod ſtudijs abſolutis in Societatem ingredientur, Deo ac Domino Noſtro facient. [b] Sic autem intelligendus eſt huiuſmodi ingreſſus, vt profeſsionem vel Vota Coadiutorum formatorum (ſi Societas eos admittere volet) emittant, [c] & exinde Scholaſtici approbati Societatis cenſeantur. [d] libera tamen manebit Societas, nec tenebitur ad eos admittendos ad profeſsionem, nec in Coadiutores formatos, ſi ſtudiorum tempore male ſe gererēt, adeo vt Superior Societatis exiſtimaret Deo gratum non fore, ſi in eam admitterentur; & [e] tunc ipſi etiam ſuis Votis ſoluti erunt.

a Supra c. 1. §. 10. & p. 5. c. 4. §. 4. & p. 4. c. 3. §. 3.

b Supra c. 1. §. 10. & p. 5. c. 1. A. & c. 4. E.

c Supra c. 1. §. 10. & p. 4. c. 3. §. 3.

d P. 5. c. 4. D.

2 Si quando ſtudiorum tempore, qui maiorem ad ea propenſionem animi præ ſe tulerunt, quàm ad aliud in Societate miniſterium, oſtenderent ac certum indicium præberent, [f] vnde Societas, vel eius Superior in Domino ſentiat eos idoneos non eſſe, vt in litteris proficiant, eo quod ingenio, vel ſanitate corporis deſtituantur, vel alijs defectibus laborent, interrogentur an patienter ſe dimitti a Societate, dum [g] ab omni Voto ac promiſsione liberi maneant, ſint laturi.

e Inf. §. 2. & p. 2. c. 4. §. 3. & p. 5. c. 4. B.

f P. 4. c. 6. §. 15. & N.

g Supra §. 1.

3 Qui ad ſtudia litterarum idoneus inuenietur, interrogetur [h] an velit ſe duci ſinere circa ea, quibus ſtudere debeat, ac ſtudiorum modum, & tempus, iuxta quod Societati, vel eius Præpoſito, aut Collegij, vbi daturus eſt litteris operam, Superiori videbitur.

h P. 4. c. 5. §. 2. & 3. & D. & c. 13. §. 4. & E.

An contentus futurus ſit eodem atque alij 4
modo ibi agere, nullisque priuilegijs aut prærogatiuis minimum omnium, qui in Collegio fuerit, anteire, omnem ſui curam Superiori Collegij relinquendo.

a Supra c. 3. §. 14.

[a] An ſtatuerit omnino apud ſe, ſtudijs abſolu- 5
tis, ac probationibus peractis, Societatem ad viuendum in ea, & moriendum, ingredi, ad maiorem Dei gloriam.

Sic examinatus, & inſtructus ſe accingere inci 6
piet, vt ad ſtudia ſe cōferat, vel ea proſequatur; paratus interim in eiſdē ſtudijs, alijs experimentis, & probationibus varijs exerceri; [b] quibus ſi non fuerit propter cauſas aliquas legitimas, ac ſine aliquo bono præ oculis habito, antequam ad ſtudia mittatur, perfunctus, eis confectis, omnia experimēta, & probationes ſuperius declaratas ſubibit.

b Supra c. 4. §. 9. & 16.

## PRO SCHOLASTICIS
*qui ſtudia iam abſoluerunt.*

Scholaſtici ſtudijs iam confectis, antequam 7
in Societatem, vel eius Domos ingrediantur, ut in eadem ad omnimodam Obedientiam, ac cōmunem viuendi in Domino modum admittantur, generatim interrogandi ſunt, an firmi in ſua deliberatione, & votis ac promiſsione Deo oblatis antequam ad ſtudia ſe cōferrent, vel in eiſdē, ſi quidem admiſsi primo fuerint in Collegijs, permaneant.

Interro-

8 [a] Interrogentur etiam,& examinentur particu latim eiſdem interrogationibus,& examine, quo priuſquã ad ſtudia mitterentur, interrogati fuerunt; vt Superioribus memoria ac notitia eorum renouetur, ac melius pleniuſque ſtabilitas, & conſtantia, vel etiam mutatio, ſi aliqua accidiſſet in rebus primo interrogatis & affirmatis, cognoſcatur.

[a] P. 1.c.4. §.7.

## *DE ALIO EXAMINE indifferentibus accommodo.*
## *Cap. VIII.*

1 AD [b] maiorem illius notitiam, qui vt indifferens examinandus eſt, vt omni ex parte cum maiori cognitione & luce in Domino procedatur, inſtruendus idem erit, & admonendus quod nullo tempore, nec ratione poteſt, nec de-

[b] Supra c. 1.§.11.

A bet † prætẽdere, nec tẽtare directe, nec indirecte potius hunc, quã illum gradũ in Societate; nimirũ nõ potius Profeſsi, vel Coadiutoris ſpiritualis, quàm Coadiutoris temporalis, vel Scholaſtici: quin potius perfectæ humilitati, ac Obedientiæ locũ dando, omnem ſui ipſius curam, & ad quod officiũ, vel gradum ſit eligendus, ſuo Creatori & Domino, ac eius nomine, & pro ipſius amore ac reue-

In Cap. VIII.

A ¶ *Cum [c] tamẽ aliquid conſtanter eis ſeſe offerret, quod ad maiorẽ Dei gloriã fore iudicarent; poſt [d] orationem ſimpliciter Superiori proponere poterunt, ipſius iudicio*

[c] P.5.c.4. F.& p.7.c. 2.I.

[d] P. 3.c.2. §.1.

*dicio omnino rē committentes, nihil amplius procurando.* reuerentia ipſimet Societati, vel eius Superiori debet relinquere.

a Supra c. 1. §. 7. & 11. & c 4. §. 17. & c. 5. §. 8.

Poſtquam [a] ſic fuerit admonitus, interrogetur an ſe omnino ſentiat indifferentem, quietum, & paratum ad inſeruiendū Creatori ac Domino ſuo in quouis officio, vel miniſterio, quod ei Societas, vel eius Superior commiſerit. Interrogetur etiam, ſi Societas, vel eius Superior illum vellet vacantem quidem animæ ſuæ ſaluti ad officia tantum inferiora & humilia ſemper applicare, [b] an ſe paratum ſentiat ad vitam omnem in huiuſmodi officijs inferioribus, & humilioribus in auxilium, ac miniſterium Societatis exigendam; exiſtimando, quod ea in re obſequiū, & laudem præſtat Creatori ſuo ac Domino, dum omnia ob ipſius amorem & reuerentiam agit.

b Sup. c. 6. §. 3.

Cum omnino ei placuerint omnia in Domino, quæ dicta ſunt; inſtrui poterit, & examinari de reliquis, iuxta aliquod Examen ex prædictis, vel omnia illa, prout magis conuenire videbitur; vt vtrique parti in omnibus ſatisfiat, ac maiori cum claritate procedatur: quandoquidem omnia inſtituta, & ordinata sūt ad maius obſequiū, & laudem Dei & Domini Noſtri.

FINIS.

LAVS DEO.

# CONSTITVTIONES CVM DECLARATIONIBVS.

## PROOEMIVM CONSTITVTIONVM.

1 QVAMVIS ſumma Sapientia, & Bonitas Dei Creatoris Noſtri ac Domini ſit, quæ [a] conſeruatura eſt, gubernatura, atque promotura in ſuo ſancto ſeruitio hanc minimam Societatē IESV, vt eā dignata eſt inchoare; ex parte vero noſtra, interna Charitatis & amoris illius lex, quā Sanctus Spiritus ſcribere, & in cordibus imprimere ſolet, potius quàm vllæ externæ Conſtitutiones, ad id adiutura ſit; quia tamen ſuauis diſpoſitio diuinæ prouidentiæ ſuarum creaturarum cooperationem exigit, & quia Chriſti Domini Noſtri Vicarius ita ſtatuit, & Sanctorum exempla, & ratio ipſa nos ita docet in Domino, neceſſarium

eſſe

[a] P. 10. §. 1. & 12.

### PROOEMIū in Declarationes, & Annotationes Conſtitutionū.

*CVM [b] Conſtitutionum hic finis ſit, vt vniuerſum cor-*

D *pus*

[b] P. 9. c. 3. §. 8.

*pus Societatis, et particularia eius membra ad ſui conſeruationē & incrementum, ad gloriam Dei, & vniuerſalis Eccleſiæ bonum iuuentur; præter quàm quod omnes & ſingulæ earum per ſe ipſas ad finem dictū accōmodatæ ſunt, tria alia in eis expeti poſsūt.*

*Primum, vt plenæ ſint; quò omnibus quæ incidere poſsint, quantum fieri poteſt, prouideatur.*

*Alterum, vt perſpicuæ ſint; quò minor ſcrupulis detur occaſio.*

*Tertiū, vt breues ſint, quantū plenitudinis, ac perſpicuitatis ratio patitur; vt memoria retineri poſsīt.*

*Quo tria hæc melius obſeruentur, præter Conſtitutiones vniuerſaliores & breuiores, quæ, vt obſeruentur a noſtris, & oſtendantur cum oportebit externis, erunt magis ad vſum accommodatæ; viſum nobis eſt in Domino has Declarationes, & Annotationes*

eſſe arbitramur Cōſtitutiones conſcribi, quæ iuuent ad melius in via incepta diuini obſequij procedendum, iuxta Inſtituti noſtri rationem.

Quamuis primum illud ſit, 2
& maximi momenti in noſtra intentione, quod ad corpus vniuerſæ Societatis ſpectat, cuius vnio, & bonum regimen, & conſeruatio in ſuo bono ſtatu ad maiorem Dei gloriā in primis quæritur; quia tamen corpus hoc ex ſuis membris conſtat, & in ipſa executione primo loco occurrit, quod ad ſingulos ſpectat, tam in ipſis admittendis, quā in promouēdis, ac deinde per vineā Chriſti Domini

*nes eſſe adijciendas: quæ [a] cum non minoris ſint au-ctoritatis, quàm reliquæ Conſtitutiones, magis deſcendendo ad particularia, eos qui reliquis præſunt, de rebus quibuſdam poſsint edocere, quas breuitas & vniuerſalitas aliarum minus dilucidas reddebat. Sed præter vtraſque, quæ ad res immutabiles pertinent, & vniuerſaliter obſeruari debent, aliæ [b] quædam Ordinationes erunt neceſſariæ, quæ diuerſis temporibus, locis, & perſonis in diuerſis Domibus, Collegijs, & officijs Societatis [c] (vniformitate tamen quoad eius fieri poterit in omnibus retenta) poſsint accommodari. De huiuſmodi Ordinationibus, vel Regulis hic non agetur; ſed id ſolũ admonebimus, quod ab vnoquoq; qui ibi fuerit, vbi hæ obſeruentur, iuxta voluntatẽ Superioris qui ei præfuerit, sũt obſeruandæ.*

a P.6.c.1. A.

b P.4.c.7. §.2. & C. & c.10.§.6.& P.7.c.4.§.12.& P.9.c.6.I.

c P.8.c.1. §.8.& P.10.§.9.

*Vt redeamus ergo ad id quod agitur hoc loco, harum Declarationũ ordo hic erit, vt Conſtitutionibus reſpondeãt. itaq; Pars Parti, Caput Capiti, cũ declarandum aliquid fuerit, reddetur: quod in margine Conſtitutionũ littera quædã indicabit, cui alia ſimilis in Declarationibus reſpondebit. & ſic ordinate procedetur, eius fauore aſpirante, qui ordinis totius principium eſt, vtpote perfectiſsima & infinita Sapientia.*

A mini Noſtri diuidẽdis; † hinc exordiũ ſumetur eo fauore quẽ lux æterna nobis ad honorẽ & laudẽ ſuã conferre dignabitur.

## DECLARATIONES IN CÕSTITUTIONES. In Procemium.

A ¶ *Congruus eſſe ſolet procedẽdi modus ab imperfectioribus ad perfectiora, præcipue in*

ijs, quæ pertinent ad praxim; cum id primum in executione occurrat, quod eſt in conſideratione poſtremũ, nam hæc à fine ad media deſcendit; & ſic in decem præcipuis partibus, ad quas reducuntur omnes Conſtitutiones, procedetur.

Prima de ijs admittendis ad Probationem agit, qui noſtrum ſequi Inſtitutum expetunt.

Secunda de ijs dimittendis, qui ad illud non eſſe idonei videbuntur.

Tertia de ijs, qui retinebuntur, conſeruandis, & in ſpiritu ac virtute promouendis.

Quarta de ijs inſtituendis in litteris, & alijs medijs proximos iuuandi, qui in ſpiritu & virtute in ſeipſis profecerint.

Quinta de cooptandis in corpus Societatis ijs, qui ſic fuerint inſtituti.

Sexta de ijs, quæ in ſeipſis obſeruare debent, qui in hoc corpus iam cooptati ſunt.

Septima de ijs, quæ obſeruanda ſunt erga proximos, diſtribuendo ſcilicet Operarios, et eos in Chriſti Domini Noſtri vinea occupando.

Octaua de ijs, quæ faciunt ad mutuam, et cum ſuo capite vnionem eorum qui diſtributi ſunt.

Nona de ijs, quæ ad caput pertinent, & ad gubernationem, quæ ab eo ad corpus deſcendit.

Decima de ijs, quæ vniuerſaliter ad conſeruationem, & augmentum totius corporis huius Societatis in bono ſuo ſtatu pertinent.

Hic eſt ordo in Conſtitutionibus, et Declarationibus tenendus, finẽ illũ intuendo gloriæ, et laudis Dei Creatoris ac Domini Noſtri, quẽ nobis præfiximus.

PRI-

# PRIMA PARS CONSTITVTIONVM.

## De Admiſſione ad Probationem.

### DE EO, QVI ADMITTENDI facultatem habet. Cap. I.

1 FACVLTAS [a] admittendi ad Probationem, quorum, & quanta ſit, iudicio Præpoſiti Generalis relinquatur, qui in ea communicanda conſiderabit, quid ad maius ſeruitium Dei ac Domini Noſtri conueniat. [a] Inf. B. & c. 2. C. & c. 3. H. & p. 9. c. 3. §. 1.

2 Quando aliquis, qui idoneus videatur ad noſtrum Inſtitutum ſequendum, ad eum accederet, qui huiuſmodi admittendi poteſtatem non ha-

A bet, † mittere eum poterit ad illum, penes quem ea ſit, vel ſcribere ei, ſignificando qualis ille ſit, & quibus præditus Dei donis qui admitti petit; & exequatur quod ei in Domino præ-

IN CAP. I. De eo qui admittit.

A ¶ SI commode non poſsit aliquis huiuſmodi ad Societatis Inſtitutum idoneus ad eum mitti, qui poteſtatem habet admittendi, interim dum ille admonetur, licebit cuique (ſi id neceſſarium eſſe, aut valde conuenire iudicabitur) eum tanquam hoſpitē penes ſe retinere; donec reſponſum ab eo, ad quem relatum eſt de eo negotio, accipiat: &

*tunc iuxta ordinem ſibi præſcriptum procedet.*

[a] Par. 4. Proœ. A. & p. 10. §. 7.

[b] Inf. c. 4. §. 1. & D. & Exa. c. 1. §. 13.

[c] Exa. c. 1. A.

[d] Inf. c. 4. §. 1. & Exa. c. 1. §. 13.

B ¶ *Qui ordinarie admittere poterunt in abſentia, ſunt Præpoſiti Prouinciales: extraordinarie vero quiuis Commiſſarius Præpoſiti Generalis, vel eiuſdē Prouincialis. At Rectoribꝰ Collegiorum, & Præpoſitis Domorū magis conſuetū erit committere, vt quos idoneos iudicabunt, Domi ſuæ, aut in Collegio poſſint admittere, cū præſentes fuerint.*

præſcriptum fuerit: ſi quidem
ille † in abſentia id præſcriben B
di facultatem habebit.

[a] Quia refert plurimum ad 3
diuinum ſeruitium, conuenientem haberi delectum eorum qui admittuntur, & [b] diligentiam adhiberi, vt intelligatur quæ eorum ſint dotes & vocatio; qui talem admittendi facultatem habet, ſi per ſeipſum id ipſe non præſtet, habeat in ijs qui aſſidue apud ſe agunt, [c] aliquē, cuius opera vtatur ad cognoſcendum eos, qui ingrediūtur, ad agendum cum illis, eoſque examinandum; qui quidē prudentia præditus ſit, & non ignoret agendi modum, qui cū tam varijs generibus & conditionibus perſonarum eſt tenendus: ut maiori cum intelligentia, & [d] vtriuſque partis ſatisfactione negotium ad Dei gloriā tranſigatur.

Tam ille penes quem eſt facultas admittendi, 4
quàm is cuius opera ille vtitur, habeat oportet cognitionem rerum Societatis, ac zelum boni progreſſus ipſius; vt nulla ratione dimoueri ab eo poſſit, quod in Domino cōuenientius ad diui

num

num ſeruitium in hac Societate iudicauerit: quod vt conſe-
C quatur, † moderatus admodū ſit oportet in admittendi deſiderio.' & [a] vt liberior ſit ab omni minus ordinato affectu, vbi vitij huiuſmodi occaſio eſſe poſſet (vt cū conſanguineis, & amicis) ille in quo aliquid periculi huiuſmodi timeretur, examinandi officio non fungatur.

5 Quicunque autem eo funge-
D tur, † in ſcriptis habeat quæ ad tale officium pertinēt;' quò melius & certius id poſſit præſtare, quod in hac parte ad diuinum ſeruitium quæritur.

DE

*C ¶ Vt par eſt ſolicite cooperari motioni & vocationi diuinæ, curando vt augeatur in Societate numerus Operariorum vineæ Chriſti Domini Noſtri; ita diligēter conſiderari oportet, ne quis admittatur, niſi qui donis illis Dei præditus ſit, quæ hoc Inſtitutum ad ipſius gloriam exigit.*

[a] Inf. c. 3. §. 16.

*D ¶ Vbicunque admittendi facultas fuerit, liber completus Examinis ſit oportet, & quidem in ijs linguis, quæ fere ſolent eſſe neceſſariæ. Huiuſmodi ſunt vernacula loci illius vbi agitur, & latina. [b] Illud autem Examen ei proponi debet, qui admitti cupit, antequàm Domum ad communem cum alijs conuictum ingrediatur.*

[b] Inf. c. 4. §. 5. & E. & exa. c. 1. A. & c. 4. §. 41.

*[c] Et quidem impedimenta quæ neceſſario excludunt, etiam antequam ad primam Probationem admittantur, proponi debent.*

[c] Inf. c. 4. D. & Exa. c. 1. A.

*Erit etiam ſcriptū alterū Examen, quod contineat*

*ea, quæ ſexto quoque menſe per biennium Probationis proponi debent; & aliud item perbreue, quo illi vtentur, qui cum ijs, qui ingredi volunt, colloquūtur; vt vtrinque id quod expedit intelligatur antequam ad primam Probationem quis admittatur. Iidem officium etiam Examinatoris ſcriptum habere debent, & quod in eo continetur, exequi curent.*

## *DE ADMITTENDIS IN Societatem. Cap. II.*

IN vniuerſum loquendo de ijs qui admitten- 1
di ſunt, quo pluribus Dei donis naturalibus, & infuſis, præditi ad promouendum iuxta Societatis Inſtitutum, diuinum ſeruitiū, & quo certioribus experimentis perſpecti fuerint; eo magis idonei erunt, vt in eam admittantur.

a Exam.c. 6.§.1.&7. b P.3.c.2. §.7.&p.4. c.3.§.2.

Vt[a] particulatim de his loquamur, qui in Coa 2
diutores admittuntur ad res temporales, vel exteriores curandas ([b] qui plures eſſe non debent, quàm qui neceſſarij ſint ad ſubleuandum Societatem in ijs rebus, in quibus
† occupari alij nō poſſunt ſine A
detrimento maioris boni) eſſe eos oportet, quod ad animam ſpectat, bonæ cōſcientiæ, quietos, tractabiles, amatores virtutis ac perfectionis, propenſos ad

DECLAratio In Cap. II.

c P.4 c.10. H.

A ¶ H[c]*uiuſmodi fere ſunt magnis in Domibus Coqui, et Diſpēſatoris occupationes, Em*

*pto ris,*

*ptoris, Ianitoris, Præfecti infirmorũ, Lotoris, Præfecti horti, eleemoſynarum Curatoris (vbi ex eleemoſynis viuitur) atque id genus aliæ eſſe poſſent. Quia tamen pro maiori, aut minori numero hominum, qui in Domibus, vel Collegijs verſantur, pro maiori etiã, vel minori diſtractione in huiuſmodi exercitijs, magis vel minus neceſſe eſſet huiuſmodi Officiales ad hæc officia omnino deputari; eorũ prudentiæ, qui reliquis præſunt, id committitur: modo hanc curam ſibi impoſitam ſciant, vt finis meminerint, qui ad huiuſmodi homines in Societatem admittendos mouet: is eſt neceſsitas, [a] vt alij, qui in vinea Chriſti Domini Noſtri laborant, vel litteris dant operam, vt poſtmodum in ea laborent, ſubleuentur, quò ſe in rebus ad maius Dei ac Domini Noſtri obſequium pertinentibus exerceant.*

[a] Exa. c.6. §. 3 & p. 4. c.6. B.

ad deuotionem, qui domeſticis & externis ædificationi ſint, B † [b] qui ſorte Marthæ in Societate contenti, & ad eius Inſtitutum bene affecti, eam iuuare ad Dei gloriam exoptent.

[b] Exam. c. 1. §. 9. & c. 6. §. 7.

3 Quod ad externa attinet, honeſta ſpecie, ſanitate, ætate, & viribus ad labores corporis qui in Societate ſe offerunt, ſuffe-

B ¶ *Qui ſic diſpoſitus cerneretur, vt videretur diu in externis miniſterijs non eſſe conquieturus, eo quòd ad ſtudia, vel ad Sacerdotiũ affectus cognoſceretur, non eſſet in Coadiutorẽ temporalem admittendus; niſi aptus ad progreſſum in litteris faciendum, quantum opus eſſet, videretur.*

rendos

rendos prædíti eſſe deberent; & qui habere, vel certe habituri eſſe aliquando talentum aliquod ad eam iuuandam viderentur.

a Inf. c. 3. §. 14. & p. 2. c. 2. §. 4.

[a] Admittere homines difficili admodum ingenio, vel inutiles Congregationi, licet ipſiſmet nõ inutile foret admitti; conſiderantes tamen Inſtituti noſtri finem, ac procedendi modum, perſuademus nobis in Domino ad ipſius maius ſeruitium & laudem non expedire. 4

Qui ad hoc admitterentur, vt in rebus ſpiritualibus Societatem iuuarent, conſiderando quid huiuſmodi miniſterium requirat, vt animæ proximorum iuuentur, ſequentibus donis Dei ornari deberent. 5

b Inf. c. 3. §. 13. & exa. c. 5. §. 3.

Quod [b] ad intellectum attinet, doctrina ſana, vel aptitudine ad eam addiſcendam, & in rebus agendis diſcretione, vel certe indole boni iudicij ad eam acquirendam. 6

c Exa. c. 5. §. 3.

Quod [c] ad memoriã, aptitudine ad percipiendum, & fideliter percepta retinendum. 7

Quod ad voluntatem, vt vniuerſæ virtutis & perfectionis ſpiritualis ſtudioſi ſint, quieti, conſtantes, ſtrenui in ijs, quæ ad diuinum ſeruitium aggrediuntur; quique zelum habeant ſalutis animarũ, & ea de cauſa ad noſtrum Inſtitutũ ([d] quod ad illas iuuandas & diſponendas ad vltimi ſui finis de manu Dei Creatoris Noſtri ac Domini, conſecutionem, recta tendit) ſint affecti. 8

d Exa. c. 1. §. 2.

e P. 7. c. 2. F.

[e] In exterioribus exoptanda eſt ſermonis gratia, ad agendum cum proximis pernecesſaria. 9

Spe-

10 Species honeſta, quæ ædificationi eſſe ſolet ijs, quibuscum agitur.

11 Bona [a] valetudo, ac uires, quibus ferre poſsint Inſtituti noſtri labores. [a] Exa. c. 5. §. 4. & p. 2. c. 2. §. 4.

12 Ætas, quæ ad ea quæ dicta ſunt, conueniat, quæ [b] quidem, vt admittantur ad Probationem, excedere debet decimumquartum annum; ut ad Profeſsionem uero, uigeſimumquintum. [b] Inf. c. 3. K.

13 Dona externa, nobilitatis, diuitiarum, bonæ famæ, & ſimilia, ut non ſatis ſunt, ſi deſint alia, ita cum alia ſuppetent, hæc non erunt neceſſaria: quatenus tamen ad ædificationem faciunt, reddunt magis idoneos ut admittantur, qui ſine ipſis alioqui eſſent idonei propter dotes alias prædictas, in quibus quo magis præcelluerit qui admitti cupit, eo magis erit ad hanc Societatem

C aptus ad Domini Dei Noſtri gloriam; † quo uero minus excelluerit, eo minus erit idoneus.' Quæ tamen menſura omnibus in rebus teneri debeat, unctio ſancta diuinæ Sapientiæ eos docebit, qui id curæ ad eius obſequium ac laudem uberiorem ſuſceperunt.

DE

C ¶ [c] *Quamuis aliquis vndecunque idoneus ad Societatem omnibus his præditus eſſe debeat; ſi tamen in aliquo quid eorum deſideraretur, verbi gratia, vires corporis, vel ætas ad Profeſsionem, vel quid ſimile, & in Domino iudicaretur alijs Dei donis quod ea ex parte deeſt, compenſari, omnibuſque perpenſis ad Dei obſequium fore, & ad Societati propoſitum* [c] Inf. c. 3. H. & I.

*finem*

a Inf. c. 3. H.&K.

*finem conuenire, vt admitteretur: [a] diſpenſare cum eo præpoſitus Generalis poterit, vel etiam alij; quatenus eis communicata ab ipſo facultas ſe extendet.*

## DE IIS, QVAE IMPEDIVNT *ne quis in Societatem admittatur.* Cap. III.

QVamuis Charitas & zelus animarum, in quo ſe Societas hæc exercet, iuxta Inſtituti ſui finem, omnia hominum genera complectatur, vt eorum ſeruiat ſpirituali vtilitati, ac ad beatitudinem conſequendã in Domino iuuet; vt tamen in Societatis ipſius corpus admittat, amplecti non debet, ut dictum eſt, niſi quos iudicabit ad propoſitum Societati finem vtiles fore. 1

b Inf. G. & Exa. c. 2. §. 6. & p. 2. c. 2. B.

[b] Ex impedimentis ad admiſſionem, nonnulla eos qui vellent ingredi omnino excludunt: quia rationes efficaces nos ad id in Domino mouent. ea vero huiuſmodi ſunt. 2

c Exa. c 2. §. 1. & B.

Aliquando [c] à gremio ſanctæ Eccleſiæ abſceſſiſſe, Fidem abnegando inter infideles, uel incidendo in errores contra eam, in quibus † reprobatus fuerit per publicam ſententiam;' 3 A

### DECLARATIO In Cap. III.

A ¶ *QVamuis per publicam ſententiam quis condemnatus non fuerit; ſi tamen error eius publicus extitiſſet, ac vehementer*

*ſuſpe-*

B tiam; 'vel ſe † more Schiſmaticorum ab Eccleſiæ vnitate ſeiunxiſſe.'

4 † Perpetraſſe [a] homicidiũ,'
C vel † eſſe [b] propter enormia
D peccata infamem.'

5 † Aſſump-

*ſuſpectus eſſet, et quod in iudicio conueniri poſſet, timeretur, admitti non debet. Verum hoc iudiciũ Præpoſito Generali relinquetur.*

[a] Exa.c.2. §.2.

[b] Ibidem & C.

B ¶ *Quod ad Schiſma attinet, qui in terris Schiſmaticorum naſceretur, ita vt Schiſma generale peccatum eſſet patriæ, et non ſolum particulare ipſius, non eſſet hic talem ob cauſam inter eos numerandus, qui à Societate excluduntur; (& tantundem dictum ſit de iјs, qui in terris hæreticorum naſcerentur) ſed ille potius excludi intelligatur, qui eſſet infamis excommunicatus, contempta auctoritate & prouidentia noſtræ ſanctæ matris Eccleſiæ, ita vt hæreſis, vel Schiſma peccatum ſit particulare perſonæ, & non generale nationis, aut patriæ,*

C ¶ *Quod [c] ad homicidiј impedimentum attinet, nulla (vt nec in aliјs) declaratio adhibetur. Num autem ſit homicidium, necne, ſi dubitaretur, diſcernant Præpoſiti Generales; nec ſe faciles in huiuſmodi dubiјs exhibeant. Qui cum deliberatione homicidium pepetrari iuſſiſſet, ſi effectus eſt conſecutus, quamuis manu ſua non occiderit, inter homicidas erit exiſtimandus.*

[c] Exam.c. 2.§.2.

D ¶ [d] *Infamia propter enormia peccata ibi impedimentum eſſe intelligitur, vbi, qui ſic peccauit, infamiam contraxiſſet. Si procul eſſet ab eo loco, tamque ſerio*

[d] Exam.c. 2.C.

*ſerio reſipuiſſet, vt de eo nihil timendum videretur, poſſet in Domino admitti. Qualia vero ſint, vel non ſint huiuſmodi enormia peccata, iudicet Præpoſitus Generalis.*

a Exa. c. 2. §. 3.
b Exa. c. 2. §. 4. & c. 3. C. & p. 2. c. 2. §. 5.
c Exa. c. 2. § 5.

*E ¶ Non ſolum ſi Profeſſionem emiſiſſet, ſed ſi vel vnum diem habitũ Religionis geſtaſſet, admitti propter rationes in Examine dictas non poteſt. Intelligendum eſt autem, quod habitum eo animo vt ſit religioſus, non propter aliam cauſam quæ poſſet accidere, induiſſet.*

† Aſſumpſiſſe [a] Religionis habitum, 'uel Eremitam cum ueſtitu monachali fuiſſe. 5 E

† Matrimonij [b] uinculo, uel ſeruitutis legitimæ ligatũ eſſe.' 6 F

† Capitis [c] infirmitatem pati, unde accidat obſcurari, & parum ſanum eſſe iudicium; uel ſi notabilem habeat ad illud diſpoſitionem,' ut in Examine fuſius tractatur. 7 G

8 Cæte-

*F ¶ Quando hoc vinculum ſolutum eſſet, quòd à Domino, vel à coniuge facultas concederetur, obſeruatis alijs circunſtantijs, quæ iuxta ſanam doctrinam, & vſum ſanctæ Eccleſiæ ſolent obſeruari, impedimentum eſſe deſinet.*

d Sup. §. 2. & exa. c. 2. §. 6 & p. 2. c. 2. B. & p. 4. c. 3. §. 2.
e Exa c. 2. D.

*G ¶ [d] In omnibus his impedimentis expedit vt nec Generalis Præpoſitus, nec Societas vniuerſa diſpenſare poſsit: quandoquidem in vniuerſum ita Societati conuenit, vt in huiuſmodi non diſpenſetur. [e] Sed ſi cerneretur aliquod ex his impedimentis in homine, qui talibus Dei donis ornatus eſſet, vt pro certo haberetur, Societatẽ ad Dei et Domini Noſtri obſe-*

*obſequium eius opera admodum iuuari poſſe, ſi ille ſummo Pontifici, vel eius Nuncio, vel ſummo Pænitentiario ſupplicaret ſibi concedi, vt in Societatem non obſtantibus Conſtitutionibus admitti poſſet, Præpoſito eius Generali non repugnante; poſſet idem Præpoſitus conſenſum ad eum admittendum præſtare: dũ tamen oſtiũ non multis, immo nulli, qui raris (vt dictum eſt) dotibus non ſit præditus, aperiatur.*

8 Cætera[a] impedimenta quã-
H uis ſingula † à Societate non excludant, reddunt tamen minus idoneum eum qui admitti exoptat; & poſſet tanti momenti eſſe defectus vt è ſeruitio Dei non eſſet futurum, cũ eo quemquam admitti.

9 Impedimenta autem hæc ſecundaria, de quibus modo eſt ſermo, huiuſmodi ſunt. Quod ad interiora attinet, paſſiones vel affectus, qui domari non poſſe videantur; vel peccatorũ habitus, de quibus non magna emendatio ſperetur.

10 Intentio minus recta, quàm par eſſet ad Religionis ingreſſum; vt quæ cum humano aliquo fine ſit admixta.

11 Inconſtantia, vel remiſsio animi notabilis, ex qua qui de ingreſſu agit, parum vtilis futurus credatur ad Societatis munera obeunda.

12 Indiſcretæ deuotiones, quæ

in

*H ¶ Quoduis ex his ſecundarijs impedimentis ex ſe ſatis eſſe poſſet, ne quis admitteretur.*

*[b] Sed quia accidere poſſet, aliquem huiuſmodi defectũ alijs præclaris Dei donis com-*

a Inf.§.16.

b Inf.I.& ſup. c. 2. C.

*compenſari, ac in Domino tolerandum eſſe iudicaretur;* [a] *id diſcernendum prudentiæ eius, qui admittendi facultatē habet, relinquitur. Et eiuſdē erit in huiuſmodi caſibus diſpenſare, habita nihilominus ratione iudicij Superioris, ad quem reſerendum erit quidquid difficultatem ingereret, & quod ſtatuerit, faciendū eſt.*

a Supra c. 2. C.
b Sup. c 2. §.6 & 7. & p.4. proœ. A.
c Sup. c 2. §.4. & p.2. c.2. §.4.
d Exa. c. 3 §.8.

I ¶ *Animaduertendum eſt eos, qui deformitates, vel defectus inſignes habent, vt gibbos, vel alia quæpiā monſtruoſa, ſiue ſic nati fuerint, ſiue ex aliqua externa cauſa, vt percuſſione & ſimilibus id acciderit, ad Societatem noſtrā non eſſe idoneos; partim quod res huiuſmodi ad Sacerdotiū obſtare ſolent, partim quod ad proximorum ædificationem, quibus cum ex Inſtituti noſtri ratione verſamur, minime iuuāt; niſi, vt ſuperius* [e] *dictum eſt, alijs eximijs virtutibus ac donis Dei compenſarentur,*

e Sup. H. & c.2. C.

in cauſa eſſe ſolent, vt aliquis in illuſiones, & non exigui momenti errores incidat.

[b] Litterarum ignorantia, vel ingenij, aut memoriæ ad eas addiſcendas, vel linguæ ad explicandū defectus, in illis qui præſeferunt intentionem, vel deſiderium vlterius progrediē di, quàm ſolent Coadiutores temporales. 13

[c] Iudicij defectus, vel notabilis in proprio ſenſu obduratio; quæ omnibus Congregationibus multum ſolet faceſſere negotij. 14

[d] In exteriori homine, defectus in integritate corporis, morbus, debilitas, vel † notabilis deformitas. 15 I

† Ætas

penſarentur,

k † Ætas valde tenera, vel plus ſatis prouecta.'

L † Æs [a] alienum, vel ciuiles obligationes.' [a] Exa c.3. § 6. & p.2. c.2 §.5.

16 Quo [b] huiuſmodi defectibus quis magis eſt obnoxius, eo minus eſt idoneus, vt Deo Domino Noſtro in hac Societate ad animarũ auxilium ſeruiat [d] : & qui facultatem habet admittendi, videat, ne charitatis particularis affectus vniuerſali noceat, quæ vt magis ad gloriam & honorem Chriſti Domini Noſtri facit, ita ſemper præferri debet. [b] Sup. §. 8. [d] Sup.c.1. §.4.

*penſarentur, cũ quibus huiuſmodi defectus corporis potius ad augmentũ, quàm ad diminutionem ædificationis facturi viderẽtur.*

K ¶ [c] *Quod ad ætatẽ attinet 14. annis minorẽ, vt quis ad Probationem, aut 25. vt ad Profeſsionem admittatur, ſi in quibuſdã peculiaribus de cauſis anteuertendum eſſe id tempus ad finem maioris diuini ſeruitij nobis præfixum videretur,* [e] *penes Præpoſitum Generalem facultas erit prudenter ac circunſpecte diſpenſandi: & idem, cum prouectior ætas fuerit, conſiderabit, an expediat, necne, ad vniuerſale bonum huiuſmodi defectum tolerari.* [c] Sup.c.2. §.12. [e] Sup.c.2. C. & p. 9. c.3. §.8.

L ¶ *De ære alieno diligenter conſideretur, ne inde offendiculi, vel perturbationis occaſio oriatur, præſertim in obligationibus ciuilibus, de quibus iura diſponunt; præter rationem quæ habenda eſt ædificationis.*

## DE MODO ADMITTENDI. †
### Cap. IIII.

1 QVia nobis in Domino valde perſuademus, ad hoc vt diuina & ſumma maieſtas miniſterio huius minimæ Societatis vti dignetur, multum referre, vt qui ad eam admittuntur, non ſolum diu probentur antequàm in eius corpus cooptentur, verum etiam[a] vt valde noti ſint, antequam ad Probationem eam admittãtur, quæ fit in communi conuictu cum domeſticis; expedit † [b] habitationem aliquam noſtræ communi coniunctam deſignari, vbi qui ad Probationem admittuntur, hoſpitum more duodecim dies, vel vſque ad viginti, & amplius, prout Superiori videbitur, diuerſentur; vt id temporis de ijs, quę pertinẽt ad Societatem, [c] illi certiores reddãtur, & Societas eoſdẽ plenius in Domino noſtro cognoſcat. A

2 In hanc Domum, quæ primæ Probationis dicitur, facilius admitti poſſunt, qui id optant; ſi clare ad Dei & Domini Noſtri IESV Chriſti obſequium idonei in hac Societate eſſe viderentur: & contra, qui clare non eſſe tales cernerentur,

a Inf. §.3. & ſup. c.1. §.3.

b Exa.c.1. §.13. & H.

c Exa.c.1. §.13.

*DECLARATIO In Cap. IIII.*

A ¶ *CVm Domus primæ Probationis diſtincta, & coniuncta noſtræ habitationi eſſe non poſſet; curandũ eſt, vt in noſtris Domibus aliqua habitatio ſeparata ad id deſignetur; vt qui admittuntur, minorem habeant occaſionem conuerſandi cũ alijs, qui non fuerint à Superiore deputati.*

tur, [a] conſilio (& ſi quid aliud charitas ſuggerit) adiuti, vt alibi Deo ac Dño Noſtro ſeruire curent, ſtatim dimitti poterũt.

5 Quod ſi res non eſſet Societati tã clara quàm oporteret, poſtquàm qui admitti cupit, voluntatẽ ſuam propoſuerit, [b] & de primis impedimentis decenter interrogatus fuerit, & ſummam noſtri Inſtituti, probationesq; ac difficultates, quę in eo ſunt, intellexerit, quamuis efficaciter deſiderare videatur in Societatem admitti, [c] vt

B in ea viuat & moriatur † (quod quidem ſi deeſſet, vt plurimum nemo ad primam Probationem admitti deberet)'

C † reſponſum tamen, ac ſententia vltima aliquandiu differatur; vt eo tempore res melius conſiderari, & Deo commen-

*B ¶ Si aliquis ob cauſas rationi conſonas in Domũ reciperetur, qui nondum obſequio diuino in hac Societate ſe dedicare omnino ſtatuiſſet, perinde vt hoſpes, & non ad primã vel ſecundam Probationem admittetur. ſed ea in re vltra triduũ, qui alijs præeſt, non facilem ſe exhibeat, nec ſine facultate Præpoſiti Generalis, vel certe Prouincialis id faciet; & difficilius, vbi Nouitij fuerint, quàm vbi non fuerint, ea facultas concedi poterit.*

*¶ C Vt reſponſum & deliberatio vltima aliquandiu differatur, & diligentia ad id, vt perſpectior illę ſit, adhibeatur, in vniuerſum quidẽ obſeruari debet. Aliquando tamen peculiares ob cauſas (vt ſi quis videretur raris dotibus ornatus, & in periculo*

[a] Exa. c. 2. §. 7.

[b] Sup. c. 3. §. 3. vſque ad 7. & Exa. c. 2. §. 1. vſque ad 5.

[c] Exa. c. 3. §. 14. & p. 5. c. 1. A.

*verſari, ne per dilationem à propoſito ſuo dimoueri, vel certe valde ſolicitari poſſet) compendio maiori, qua conuenit, diligentia adhibita, in Domum primæ Probationis eſſet admittendus, vel poſt examinationē ad alia Societatis loca tranſmittendus.*

a Sup.§.1. & c.1.§.3.

b Sup.c.1. D. & Exa. c.1.A.

D ¶ *Diligentia ad eos, qui ingredi volunt, magis cognoſcēdos adhibenda hæc eſt; vt compēdio quodā Examinis, an aliquo* [b] *ex primis impedimentis, vel etiam ex ſecundarijs, quæ tertio capite attinguntur (cuiuſmodi eſt bonæ valetudinis, vel integritatis corporis defectus, obligationes ciuiles, vel æs alienum) teneantur, intelligatur.*

mendari poſſit, ac † diligentia D
conueniens adhiberi, vt [a] magis cognoſcatur, & vt de eius conſtantia periculū fiat. Quantum autem differri oporteat, & quæ diligentia ſit adhibenda, prudenti conſiderationi illius, qui admittendi facultatē habet, relinquendum eſt; qui ſemper maius Dei obſequium ſpectabit.

c Exa.c.1. §13. & F. & p.3.c.2. C.

Poſtquàm in Domino ſtatuetur, quòd ad Probationem aliquē admitti conueniat; [c] ſolitis veſtimentis indutus, aut pro cuiuſque deuotione (niſi aliud 4

d Sup.c.1. D.

d *Conferet etiam, vt præter Examinatorem aliqui ex ijs, quos Superior deſignauerit, agant ac verſentur cum eo, qui recipiendus ſit, & intellecto etiam eius nomine, & eorum, quibus cognitus eſt, extra domum inquiri poterit, cuiuſmodi homo ille ſit; ſi Domi nulli fuerit ſatis notus.*

*Iuuabit*

aliud Superiori videbitur) in-
gredi poterit, & in prædicta
Probationis Domo, ſeu in lo-
co ad id deſtinato vt hoſpes cõ
ſtituetur; ac poſtridie, quo mo-
do eo in loco ſe gerere debeat,
ei declarabitur; ac nominatim,
[a] ne verbo, aut ſcripto (niſi Su-
periori aliqua de cauſa non le-
uis momenti aliud videretur)
cum externis, vel domeſticis
agat, preterquàm cum ijs, qui
ad id deſignati à Superiore fue
rint. Quod fit, vt liberius ſecũ,
& cum Deo perpendat voca-
tionem ſuam, ac propoſitum
diuinæ ac ſummæ Maieſtati in
hac Societate ſeruiendi.

5 Elapſis duobus aut tribus
diebus poſt ingreſſum in Do-
mum Probationis, examinari
accuratius incipiat, prout in of
ficio Examinatoris declaratur;
[b] & relinquatur ei ſcriptũ Exa
men, vt ſolus id maturius con-
E ſideret; [c] poſtea eidem † oſten
dantur Diplomata Apoſtoli-
ca, ac Conſtitutiones, & Regu-
læ in Societate ac Domo, quã
ingreditur, obſeruandæ; [e] &
qui

*Iuuabit etiam
ad hoc ipſum, ſi
frequẽter ad con
feſſionis Sacra-
mentum in Ec-
cleſia noſtra ali-
quandiu acceſſe-
rit, ante quàm
Domum ingredia
tur. Et ſi adhuc
de eo dubitare-
tur; non parum
conferet, ſi in ſpi
ritualibus exerci
tijs conſtituatur;
vt ea claritas de
eo habeatur, quæ
ad gloriã Dei Do
mini Noſtri re-
quiritur.*

*E ¶ Iis qui
litteras Apoſto-
licas latinas non
intelligerẽt, ſatis
eſſet earum ſum-
mam (vt etiam
Conſtitutionum,
et Regularũ) de-
clarare: [d] Ex
quibus ea pars
E 3 oſten*

[a] Exa.c.4. §.6. & p. 3.c.1.§.2.

[b] Sup.c.1. D. & Exa. c.1.A.

[c] Exa.c.1. §.13.& G. & c. 4. §. 41.

[d] Exa.c.1. G.

[e] Exa.c.5. §.6.

*oſtendenda vnicuique intelligitur, quæ ei eſt obſeruanda; ex qua Sũmariũ haberi poteſt, quod ſimul cum Examine vnicuiq; relinquatur; vt per otium illud magis conſideret.*

*F ¶ Si ſcribere neſciunt, alius coram eis eorum nomine ſcribet.*

*¶ G Præter dilationẽ admittendi ad primam Probationẽ (qua vti cum ijs, qui alijs in locis Societatis fuerint, non eſſet æquũ) reliqua fere omnia in eiſdem locum habent: licet quo magis noti ſunt, & firmi, minus neceſſe ſit eã diligentiam adhibere*

[a] Exa.c.4. §.36.

[b] Exa.c.4. §.10.& 41.

[c] Exa.c.4. §.4.

[d] Exa.c 1. B.

qui litteris operam dederunt, de ſingulis facultatibus, in quibus verſati ſunt, ſingulas prelegant lectiones, & id coram eis, qui à Superiore ad eius talentũ in doctrina, & proponendi modo cognoſcendũ ſunt cõſtituti.

[a] Eodem hoc tempore pri- 6
mæ Probationis conſcientiam ſuam Superiori, vel ei quem ipſe delegauerit, aperiet (niſi id negotij cum Superioris conſenſu in aliud tempus differretur) [b] & generaliter confitebitur (ſi nondum id feciſſet) & illi quidẽ Confeſſario, qui à Superiore fuerit ad id deſtinatus. [c] Et cũ in libro ad id deſignato ſcriptũ
fuerit, & † manu eius ſubſcrip- F
tum, quidquid domum tulit, & quod contentus ſit obſeruare omnia ei propoſita, poſtremo poſt reconciliationem accepto Sanctiſsimo Euchariſtię Sacramento, ingredietur in Domum communis habitationis; [d] vbi cum alijs verſari, & in ſecunda Probatione diutius exerceri ſolent Nouitij.

† Quod dictum eſt de ijs, qui 7
tunc G

tunc primum ad Societatem admittũtur, bona ex parte cum illis obſeruabitur, [a] qui à ſtudijs, aut alijs locis Societatis, vbi diligenter examinati non fuerint, veniunt; qui quidem non vt Profeſsi, vel Coadiutores formati in corpus Societatis admiſſi ſunt; vt quo maiori cum luce procedetur, eo quiſque conſtantior in ſua vocatione maneat; & ipſa etiam Societas melius diſcernat, an conueniat ad maiorem laudem & gloriam Dei & Domini Noſtri illum apud ſe retinere.

*bere quæ adhiberi ſolet ad cognoſcendos, & ſtabiliendos eos qui admittuntur ad Probationem.*

a Exa. c. 7. §. 8.

# SECVNDA PARS QVÆ AD EOS DIMITTENDOS pertinet, qui admiſſi, parum apti in Probatione ad Societatem inuenirentur.

## *QVI DIMITTI POSSINT, ET per quos. Cap. I.*

VT AVTEM ad propoſitũ huic Societati finẽ diuini obſequij, & auxilij animarum conuenit conſeruari, & numero augeri operarios idoneos, ac vtiles ad hoc opus promouendum; [a] ita dimitti eos oportet, qui tales non fuerint inuenti; & ſucceſſu temporis deprehendatur, vel quod hæc non ſit eorum vocatio, vel quod ad commune bonum Societatis nõ conueniat, vt in ea maneant. Sed tamen vt non faciles eſſe ad admittendum, ita neque ad dimittendũ, immo minus oportet: ſed mature omnino, & conſiderate in Domino procedendum eſt. Et quamuis cauſas ad dimiſſionẽ dignas eo grauiores eſſe oportet, quo quis arctius Societatis corpori coniunctus eſt; † quãtum

[a] Par. 10. §. 7.

### DECLARATIONES in ſecundam partẽ.

*In Cap. I.*

Qui dimitti poſſint, &c.

A § [b] LICET *omnes (vt in Conſtitutionibus*

[b] Par. 10. §. 7.

A

tumlibet [a] tamen quiſque ſit coniunctus, in quibuſdam caſibus ſeparari ab ea poſſet, ac deberet:' vt ſequenti capite videbitur.

2 Dimittendi facultas in primis ad vniuerſam Societatem pertinet, quando in Congregationem generalem conueniret. [c] Eadem erit penes Præpoſitum Generalem in omnibus, præterquàm ſiquid ad ipſius perſonam pertineret. Penes reliquos ex Societate tantū erit huius facultatis, quantum eis à ca-

*tionibus dicitur) dimitti poßint; alij tamen facilius, quàm alij, dimittētur.* [b] *Qui in Domū primæ Probationis admißi ſunt, ante quam cum alijs verſentur, ſi eo tempore appareret non eſſe ad Societatē idoneos, facilius quàm alij, poßēt dimitti.*

[d] *In proximo gradu illi ſunt, qui in ſecūda Probatione in Domibus vel Collegijs, nullis adhuc votis ligati verſantur, ſi experimento comperiretur, quod ad maius Dei obſequium non foret, ſi in Societate manerent.*

[e] *In tertio gradu illi ſunt, qui votis quidem ſponte ſua ſe Deo obligauerunt, verum in Scholaſticos approbatos, vel Coadiutores Societatis formatos, exacto iā tempore Probationis ſolitæ, non ſunt admißi.*

[f] *In quarto, & qui grauiori conſideratione & cauſa indigeant, ſunt Scholaſtici approbati.*

[g] *In quinto gradu, vbi quidem maior erit difficultas, ſunt Coadiutores formati tam Spirituales, quàm temporales; ſi poſt vota ſua publica, licet non ſolemnia, neceſſario dimittendi viderentur.*

[a] P.9.c.4. §.7.
[b] Inf.C.& c.3.A.
[c] P.9.c.3. §.1.& B.
[d] Inf.C.& c.3.A.
[e] Inf.C.& c.3.A.
[f] Inf.C.& c.3.A.
[g] Inf.C & c.3. A. & P.5.c.4.B.

a In

a Inf. C. & c. 3. A. & p. 9. c. 4. §. 7.

*a In quibuſdam caſibus etiam Profeßi cuiuſcunq; gradus & dignitatis in Societate ſint, dimitti poſſent; ſi retineri ſine detrimento illius, ac diuini obſequij non poſſe iudicaretur.*

b Inf. C.

*b Præter ea quæ dicta ſunt, quo magis alicui Societas deberet, quod de ipſa benemeritus eſſet, vel quo pluribus Dei donis ad eandem in diuino obſequio iuuandam præditus eſſet, eo maiori cum difficultate eſſet dimittendus: vt contra cui minus deberet Societas, quique minus ad eandem iuuandam in diuino obſequio eſſet idoneus, facilius poſſet dimitti.*

c P. 9. c. 6. §. 2. & p. 10. §. 8.

d P. 4. c. 10. §. 4. & p. 10. §. 8.

e P. 8. c. 1. §. 4. & p. 9. c. 6. §. 2.

f P. 8. c. 1. §. 6.

B

à capite collatũ fuerit: † Præpoſitis tamen [c] Prouincialibus amplam ſatis conferri expediet,' ac † debita [d] proportione C etiam Præpoſitis Localibus, & Rectoribus,' quibus videbitur eſſe conferenda; vt [e] eo melius in toto Societatis corpore ſubordinatio ſanctæ Obedientiæ ſeruetur, [f] quo clarius intelligent inferiores ſe à ſuis immediate

B ¶ *Quamuis Præpoſitus Generalis in patentibus litteris ad Præpoſitos particulares miſsis ampliſsimam eis facultatem impartiat, quò magis ſubditi eoſdẽ venerẽtur, & humiliores ac ſubmiſsiores ſe exhibeant; nihilominus tamen per ſecretas litteras hæc poteſtas contrahi (prout conuenire videbitur) & limitari poterit.*

g Sup. A. & c 3. A.

C ¶ [g] *Quod ad eos attinet, qui in prima Probatione, et ſecunda ſunt, nec dũ votis emiſsis, facultatem ad eos dimittendos habebit quicunq; ad eoſdẽ admittendos*

diate Superioribus pendere, & quod ſibi conueniat plurimũ, immo neceſſe ſit in omnibus eis ſubeſſe propter Chriſtum Dominum Noſtrum.

DE

*tendos eã habuerit: ſi tamen circunſtãtiæ aliquæ non id impedirent; cuiuſmodi eſſet, ſi in Domũ aut Collegium, vbi manent, â Generali, vel Prouinciali Præpoſito, vel ab aliquo, cuius habenda ſit ratio, deſtinati fuiſſent; vel ſi de Societate ipſi tam benemeriti fuiſſent, vt eorum eſſet particularis ratio habenda. In his enim, & ſimilibus caſibus dimitti aliquis per quemuis Præpoſitum non deberet; niſi cauſæ admodum vrgentes & graues eſſent; ita vt minime dubitaretur, Superiorum mentem huiuſmodi futuram eſſe.*

[a] *Qui iam votis ſe obſtrinxerunt in Domibus aut Collegijs, & Scholaſtici præterea biennio Probationis exacto approbati, ſi dimittendi eſſent, Præpoſitus localis, niſi re communicata cũ Prouinciali, id facere non deberet. Prouincialis autem pro modo facultatis à Generali acceptæ, vel dimittere poterit, vel non poterit, quamuis Generalem non conſuluerit.* [a] Sup. A. & Inf. c. 3. A.

[b] *Coadiutores formati ſiue Spirituales, ſiue Temporales, niſi conſulto & approbante Generali, dimitti non debent; niſi in quibuſdam remotiſsimis locis (vt in Indijs) huiuſmodi facultatem Prouinciali communicari oporteret, vel Generalis extra ordinẽ alicui, cui tanquam ſibi ipſi fideret, & propter cauſas magni momenti eam communicaſſet.* [b] Sup. A. & inf. c. 3. A. & p. 5. c. 4. B.

[c] *Erga Profeſſos minus etiam huiuſmodi facultas* [c] Sup. A. & inf. c. 3. A. & p. 9. c. 4. 5. 7.

*infe-*

*inferioribus Præpoſitis eſt communicanda; niſi res ad Præpoſitum Generalem delata, & graui conſideratione expenſa foret, ita, vt conuenire ad diuinum obſequium, & commune Societatis bonum huiuſmo-*
a Inf. c.2. §.2. *di hominem dimitti, videatur; vt ſi contumax* [a] *vel incorrigibilis eſſet.*

## *DE CAVSIS, PROPTER QVAS dimitti aliquem conueniat. Cap. II.*

Cauſas eas, quæ ad aliquem dimittendũ ſuf- 1
ficiant, ponderare coram Domino debebit prudens charitas Superioris, qui huiuſmodi facultatẽ habuerit: ſed generatim loquendo, quatuor earum genera fore videntur.

Primum, ſi in Domino iudicaretur, contra ip- 2
ſius honorem & gloriam fore, quod is in hac So-
b Par.10. §.7. cietate maneret, [b] qui videatur in quibuſdam prauis affectibus aut vitijs, quæ diuinam offen-
c Sup.c.1. C. dunt Maieſtatem, [c] corrigi nõ
poſſe; † quæ eo minus tolera- A
ri deberent, quo grauiora eſſent, & plus culpæ haberent; licet alijs nullum offendiculũ (quod manifeſta non eſſent) præberent.

Alterum eſt, ſi exiſtimare- 3
tur in Domino, aliquem retinere, contra Societatis bonum
d P.1.c.3. §.16. fore, quod [d] cum vniuerſale

*In Cap. II.*

DE CAVSIS dimiſſionis.

A § *Quatenus defectus aliqui, qui contra diuinum honorẽ, &*

ſit,

ſit, haud dubie bono particulari alicuius præferri ab eo debet, qui ſyncere diuinum obſequium quærit. Tale quid eſſet,
B † ſi in Probationum decurſu aliqua impedimenta, uel inſignes defectus, quos antea in Exa-

*& Societatis bonũ eſſe dicuntur, debeant tolerari; cum id ex multis circunſtantiјs particularibus perſonarum, temporum, & locorum pendeat: diſcreto zelo eorum, quibus ea cura commiſſa eſt, relinqui eſt neceſſarium:* [a] *qui eo impenſius rem Domino commendabunt, & diligentius cum alijs, qui ad cognoſcendam Dei voluntatem iuuare poſſint, communicabunt; quo eis difficilius negotium, magiſque dubium videbitur.* a Inf. c.3. §. 2. & 3. & A.

B ¶ *Si ille, qui ingreditur, ipſo in initio morbum aliquem, vel diſpoſitionem ad illum detexit, & ea conditione, vt periculum fieret ſanitatis eius, admiſſus eſt: cum cerneretur non conualeſcere, nec labores Societatis ferre poſſe in poſterum; dimitti, ac extra Domum, prout vera charitas dictauerit, iuuari poterit.*

*Si ingreſſus eſt ſine ulla conditione, manifeſtata quidem infirma corporis habitudine, ſed ſpe concepta, quod ad maiora aptus eſſet futurus, quàm eſſe experimento comperiatur; quamuis etiam dimitti poſſit; animaduertendo, quod ſanitate ad noſtrũ Inſtitutum neceſſaria careat, magis erit conſiderandũ, num dimitti debeat, necne, & multo magis, ſi cum ſanus ingreſſus fuerit in obſequio Societatis in ægritudinem incidit. Tunc enim, ſi ipſemet contentus non*

*eſſet,*

*eſſet, iuſtũ nõ foret, hac ſola cauſa a Societate dimitti.*

*Si in ingreſſu quis ægritudinem aliquam celaſſet, cũ ea detegeretur, conſtat, liberius et iuſtius eum dimitti poſſe. An autem re vera ſit dimittendus, nec ne, propterea quod alijs dotibus magni momenti ad diuinum obſequium polleat, prudentiæ Superioris* a Inf. §.5. *relinquatur.*[a] *Tantundem ſit dictum, ſi deprehenderetur quòd in aliqua re alia, in Examine veritatem* b Exa.c.2. §.6.& p.1. c 3. §.2.& G. *ſuppreſsiſſet.*[b] *Quod ſi aliquod ex quinque impedimentis diſsimulaſſet, tunc non eſt æquum vt in Societate maneat, iuxta id, quod in prima Parte dictũ eſt.*

c Exa.c.4. §. 18. vſque ad 24
d P. 4.c.6. N.
e Inf. §.5.

*C ¶* [c] *Si bonũ teſtimonium non referret ex Probationibus, quæ extra Domum fiunt, vel etiã Domi, nec ea remedia, quæ charitas ante dimiſsionẽ ſolet adhibere, ſufficerent; conducibilius eſt, eũ dimittere, quàm in corpus Societatis homines, qui ad eius Inſtitutũ non videntur conuenire, admittere.*

Examine tacuiſſet, detegerentur;' vel ſi † experimento comperiretur, [d] valde inutilem fore eum,' & per quem præpedienda magis, quàm adiuuanda eſſet Societas, propter eius inſignem ad quæuis eius munera ineptitudinem: & multo magis dimitti oporteret, ſi damnũ allaturus malo vitæ exemplo iudicaretur, ac præcipue ſi inquietũ ſe oſtenderet, & † verbis aut actibus offendiculum alijs præberet.' hoc enim tolerare, [e] charitatis nõ eſſet, ſed vitij cõtrarij

C D

*D ¶ Alijs offendiculum præbere ille intelligitur, qui*

ſuo

trarij in eo quidem, qui tenetur conſeruare quietẽ, & bonũ ſtatum Societatis ſibi cõmiſſæ.

4 Tertium, ſi iudicaretur id fore contra Societatis, ac ſimul ipſius dimittendæ perſonæ bonum; quod ex parte corporis poſſet accidere, [a] ſi tempore Probationis in aliquo morbus, aut debilitas huiuſmodi cerneretur, cum qua eum non poſſe progredi in laboribus, quos noſter procedendi modus requirit ad Deo in eo ſeruiendum, videretur: ex parte rerum animi, [c] quando, qui ad Probationem admiſſus fuit, ſe componere ad vitam ſub Obedientia, & iuxta modum procedendi Societatis ducendam non poſſet; quòd nequeat, vel nolit proprium ſuum ſenſum aut iudicium infringere; vel propter alia impedimenta, quæ à na-

*ſuo exemplo peccãdi occaſionem eis præbet; et quidem amplius, ſi verba adijceret ſuaſoria, vt ad aliquid mali alliceret, præcipue ad inſtabilitatem in ſua vocatione, [b] uel ad diſcordiã vel ſi quid contra Superiores, vel commune Societatis bonũ molitur. In quibus enim talia locum haberent, rationi conſentaneũ non eſſet, ut ij in Societate manerent.*

*Quando non tã propter rationẽ uel magnitudinẽ peccati, quam ob remouendum offendiculum, quod alijs præbuit, dimitti aliquem neceſſe eſſet; ſi alioqui aptus eſſet, expendet prudentia Superioris, an expediat facultatẽ ei dare, ut ad locum alium Societatis ualde remotũ, eandem non egrediendo, proficiſcatur.*

a Sup. B.

b P.8.c.1. §.5.& F.

c P.1.c.2. §.4.&c.3. §.14.

IN

a Exa.c.2. § 4.& p.1. c 3.§.6.

b Exa.c.3. §.6. & P. 1. c. 3. §. 15.& L.

c Sup. B.

à natura, vel à conſuetudine promanarent.

Quartum, ſi cerneretur id fore contra bonum aliorum, qui de Societate non ſunt; [a] Vt ſi detegeretur vinculum matrimonij, vel ſeruitutis legitimæ, vel [b] æs alienum magni momenti: quibus in rebus, dum [c] initio examinaretur, veritatem ſubticuiſſet. 5

d Sup.§.3.

Quæuis harum quatuor cauſarum ſatis eſſe videtur, vt Deo gratius fore iudicemus, honeſte dimitti eum, in quo locum habuerint, [d] quàm imprudẽtem in eo retinendo charitatẽ exercere.

## *DE MODO DIMITtendi. Cap. III.*

CVM ijs qui dimittendi erunt, † obſeruari eũ modum conueniet, qui in conſpectu Dei dimittenti, dimiſſo, & alijs domeſticis, & externis magis ſatisfaciat. Quod attinet ad dimittentem ob cauſas ſuperius dictas tria obſeruentur. 1 A

e Sup.c.2. A.

[e] Primum eſt, vt oret ipſe Dominum, & Domi orari ea intentione curet (quãuis quis ſit pro quo oratur, non intelligatur) vt docere Dñs Noſter dignetur ea in re, de qua agitur, ſuã ſanctiſſimam voluntatem.

Alte-

*In Cap. III.*

### DE MODO dimittendi.

A ¶ *Animaduertendum eſt, quod Conſtitutiones de eo modo dimittẽdi loquũtur, cum palam id, ac propter cauſas manifeſtas efficitur. Sed præter hos nonnulli occulte dimitti poſſunt; quan-*

*quando cauſæ(quæ plurimæ, & quidem ex illis aliquæ ſine peccato eſſe poſsent) eſſent occultæ; &, ſi non dicerentur, in alijs aliquid perturbationis timeretur. Tunc enim conducibilius eſt aliquo prætextu (ut Probationum)extra Domum mitti, quam ſi eorũ dimiſsio publicaretur.*

[a] *Ad hos hoc modo dimittendos, ſatis erit ſi Præpoſitus, qui ad id facultatẽ habuerit, re Domino commendata, & unius, aut plurium audita ſententia (ſi iudicauerit in Domino cum eis rem eſſe conferendã) ſtatuat quod facto opus ſit, & exequatur.* a Sup.c.2. A.

[b] *Notandum eſt etiam, ea quæ de modo dimittendi dicuntur, ijs magis conuenire, qui in Probationibus uerſantur; minus autẽ illis, qui in corpus Societatis cooptati ſunt; ut Scholaſtici approbati, & Coadiutores formati; ac multo minus Profeſsis, in quibus charitas et diſcretionis donũ à Spiritu ſancto datum docebit modum, qui in* b Sup.c.1. A. & C.

3 [c] Alterum, vt id conferat cũ aliquibus, ſeu aliquo ex domeſticis, qui ad hoc negotiũ aptiores ei videantur; & audiat quid illi ſentiant. c Sup. c.2. A.

4 Tertium, vt omnem exuendo affectum, & maiori Dei gloria præ oculis conſtituta, ac cõmunis boni, tum etiam (quoad eius fieri poterit) particularis ratione habita, expendat hinc inde cauſas, & ſtatuat, an dimittere debeat, necne.

5 Quod ad dimiſſum attinet, tria itidem obſeruentur: primũ exterius; vt recedat ex Domo, quantum fieri poſſit, ſine dedeco-

*in eis dimittẽdis tenendus ſit; ſi Deus permitteret, vt hoc facere eſſet neceſſariũ.*

a Exa.c.4. B.

B ¶ [a] *Ea quæ ipſius eſſe conſtet, difficile non eſt ſtatuere, vt ſecum ferat. Verum in ijs, quæ vel expendiſſet, vel dediſſet Societati, vel alioqui, ſi accidiſſet, vt ficto animo in Domo vel Collegio ipſius habitaſſet, prudentiæ Superioris dimittentis relinquetur, vt habita ratione tum æquitatis, tum ædificationis, ſtatuat, num illi aliquid amplius quam quod inuenitur de rebus ipſius, dari debeat, necne; & ſi amplius, quantum.*

¶ C *Reddere rationem cauſarum, propter quas aliquis dimittitur, vel non reddere in communi, vel in particulari, magis vel minus conueniet: prout is, qui dimit-*

dedecore vel ignominia, ac† ſe cum omnia ſua ferat. B

6 Alterum interius, ut eum dimittere Superior curet, conſeruata, quantum fieri poteſt, charitate ac beneuolentia erga Domum, & quanta cum conſolatione in Domino fieri poterit.

7 Tertium, ut circa ſtatum uitæ ſtudeat eum dirigere, ut aliquam conuenientem uiam ſeruiendi Deo ineat, uel in Religione, uel extra eam; prout diuinæ uoluntati conuenientius fore uidebitur. Demum conſilio & oratione, & ſiquid aliud charitas dederit, iuuare curet.

8 Vt ſatisfiat alijs domeſticis, & externis, tria etiã obſeruentur. Primũ eſt, ut quantũ fieri poterit curetur, nequid perturbationis in alicuius animo propter dimiſſionẽ maneat, † ratione C

tione reddita, quantum ſatis erit, quibus reddi opus ſit: abſtinendo, quantum fieri poterit, à defectibus, qui publici non fuerint, declarandis; quã uis in eo, qui dimittitur, nonnulli deprehenſi fuiſſent.

*dimittitur, in maiori vel minori exiſtimatione, et magis aut minus Domi & foris charus fuerit.*

9 Alterum, ne male affecti maneant erga dimiſſum, & quantum fieri poſsit, ne de eo male ſentiant; ſed potius eius vicem doleant, & in Chriſto eum diligant, ac diuinæ Maieſtati in ſuis orationibus, vt eum dirigere, & ei miſericordiam impendere dignetur, commendent.

10 Tertium, vt detur opera, vt eius exemplo iuuẽtur, ſi qui minori cũ ædificatione, quã par eſſet, Domi verſantur; & timeant, ne ſibi tantundem accidat, ſi nollent proficere: et externi itidem, quibus id innotuerit, ædificationem accipiãt, quòd Domi nõ toleretur id quod tolerari ad Dei gloriam non debet.

## IN CAPVT IIII.

QVOMODO ſe habeat Societas cum ijs, qui ſponte recedũt, vel ab ea dimittuntur.

A¶ *Quamuis in genere dicatur, eum qui ſponte ſua vel dimiſſus receſſit, in aliam Domum admitti, niſi conſulto prius Præpoſito, in cuius Domo vel Collegio fuit, & eius expectato reſponſo, non debere: nihilominus tamen prudentiæ Præpoſiti Domus ad quã redijt, relinquetur, vt conſideret,*

## *QVOMODO SE GERAT Societas cum ijs, qui ſua ſponte recederent, vel quos ipſa dimitteret.* Cap. IIII.

QVI dimittuntur, vel iniuſſi diſcedunt, ſi ad aliũ locum Societatis ſe con- 1
ferant,† videntur nobis in Domino admittendi non eſſe; niſi prius qui dimiſit, vel qui loco præeſt vnde diſceſſit, vel Præpoſitus Generalis, aut qui eius vices gerit, admonitus ſuũ pręſtiterit aſſenſum; ne defectus cognitionis rerum, aut perſonarum alicuius erroris in Dei offenſam cauſa ſit. A

2 Communicationem autem facultatum, aut gratiarum, quæ ijs vt Societatis membris conceſſæ fuerant, ſimulatque mẽbra eſſe deſierint, conſtat ceſſare.

3 [a] Declaretur ijs, qui dimittũtur, quòd abſoluti maneant à votis ſimplicibus, ſi ea iuxta formulam Societati conſuetã (quæ in quinta Parte videbitur)

a Exa.c.6. §.8. & A. & c.7.§.1. & 2. & p. 5.c.4.B.

tur) emiſerint; quodque nulla alia diſpenſatione indigeant.

4 Ad eos reducendos, qui ſine licentia recederent, ſi prius parum idonei ad Societatem habebantur, nulla diligentia opus erit; ſed potius dirigantur ad aliud Inſtitutum, vbi Deo ſeruire poſſint, relaxato illis voto, vt omnes ſcrupuli eis eximantur.

5 Si huiuſmodi eſſent, vt Deo gratum fore videretur eos non ſic relinquere, præcipue ſi ex aliqua vehementi tentatione, aut ab alijs decepti egreſſi videantur, † diligentia adhiberi ad eos reducendos poterit; & priuilegijs ad negotium huiuſmodi conceſſis à ſede Apoſtolica, quantum Superiori in Domino videbitur, vti licebit. Et cum aliquis horum ſic reductus eſſet, † relinquetur prudentiæ

B

C

*ret,* [a] *an tanquā hoſpes ſit admittendus, vel non; donec reſponsū accipiat à Superiore, cuius voluntatem exequi debet.* [a] P. 1. c. 1. A.

B ¶ *Qui à Societate diſcedūt, quamuis ad eam idonei videātur, ſi aliam Religionem ingreſſi; & eiuſdem habitu induti fuiſſent, nec litigandū eſſe Societati, nec procurandū videtur vt eos reducat. Si habitū Religionis non induiſſent, poterit ea diligentia adhiberi, quam ordinata, & prudens charitas dictauerit, ad eos reducendos ad illum locū, vbi in Domino iudicatur, quod Deo ſeruient.*

C ¶ *Quod ad ſatisfactionem attinet eorū qui ſponte ſua redeunt, & admittuntur, vel qui reducti redeunt;*

dentiæ eiuſdem Superioris; vt videat, num ſatisfactione aliqua opus ſit,'& quanta, an melius cenſeat, omnino in ſpiritu manſuetudinis procedere; qua in re & eius qui reductus eſt, bonum, & ædificatio domeſticorum ſpectanda eſt.

6 Siquis ſponte ſua ad Collegiũ, vel Domum, vnde ſine facultate receſſerat, rediret, & alioqui idoneus ad Deo ſeruiẽdum in ea iudicaretur; conſiderandum erit † an veram perſe- D
uerandi voluntatem afferat,'& an ſit paratus ad quamuis ſatisfactionem & probationem: quòd ſi ſecus eſſet, ut qui veræ pænitentiæ ſigna nó oſtendit, admitti non merebitur.

7 Si qui fuit merito dimiſſus, ad eandem Domum, vnde dimiſſus eſt, rediret ad quam-

uis

*deunt; cum eius ſatisfactionis ſcopus ſit aliorum ædificatio, et eiuſdem qui redijt, profectus; ex circunſtantijs perſonarũ, temporis, & locorum, num fieri debeat, necne; & ſi fieri debet, quanta ea futura ſit, iudicabitur: et hæc omnia prudentiæ Superioris, in cuius Domum vel Collegium ingreditur, committi oportet.*

*D ¶ Cum de illorum, qui ſponte ſua redeunt, conſtantia dubitaretur; in aliquo Xenodochio, vel alijs Probationibus poſſent conſtitui, vbi pauperibus Chriſti ex ipſius amore aliquandiu inſeruiendo, ſuæ ſtabilitatis, & conſtantiæ ſpecimen præbeant; quod & ad expurgandum præteritæ leuitatis culpam pars quædam ſatiſfactionis eſſet.*

nis ſatisfactionem paratus; Si adhuc eædem rationes, propter quas fuit dimiſſus, manerēt, perſpicuum eſt, non eſſe admittendum: Si non manerent, & qui dimiſit, iudicaret Deo gratum fore, vt denuo reciperetur in eandem, vel aliam Domum; admoneat Generalem, vel Prouincialem Præpoſitum; & quod ab eo præſcriptum fuerit, exequatur.

8 Siue receſſerit ſponte ſua, ſiue dimiſſus qui redit, ſi admittitur, denuo examinari debet, [a] & generalem confeſsionem facere ipſo in ingreſſu, ab vltima quam fecit inchoando; & alijs Probationibus & experimentis exercebitur: prout Superiori, habita ſemper ratione ædificationis vniuerſalis & particularis, ad gloriam Dei videbitur.

[a] Exa.c.4. §.41.

# TERTIA PARS
## DE IIS CONSERVANDIS
## & promouendis, qui in Probatione manent.

### *DE CONSERVATIONE in ijs, quæ ad animam & profectum in virtutibus pertinent.*
### *Cap.* I.

VT IN ijs admittendis, quos ad noſtrum Inſtitutum vocat Deus talentum ad id conueniens concedendo, & in dimittendis illis, qui cum eo careant, ſe à diuina ſapiētia non eſſe vocatos oſtendunt, conſiderāda ſunt quæ ſuperius attigimus; ita in eis conſeruādis in ſua vocatione, qui retinentur, & probātur in Domibus & Collegijs, & in eiſdem iuuandis, vt ſic proficiant in via Dei, ſpiritu, & virtutibus, vt ſanitatis & virium corporis, quæ ad laborandum in vinea Domini neceſſariæ ſunt, ratio habeatur; conſideratione ac prouidētia debita opus eſt: & ita agetur, primo loco quidem de ijs quæ ad animam; ſecundo de ijs, quæ ad corpus pertinent. 1

Quod ad animam attinet, cum tanti referat, eos qui in Probationibus verſantur, ab omnibus imperfectionibus, & quibuſuis impedimētis maioris ſpiritualis profectus remouere; multum 2

A ad id [a] confert,† omnem communicationẽ per verba & ſcripta vt abijciant cum ijs,'qui in propoſito ſibi Inſtituto intepeſcendi cauſa eſſe poſſent; & vt in via ſpirituali incedendo, B † cum ijs duntaxat perſonis,& ijs de rebus agant, quæ iuuent in diuino obſequio ad id conſequendum, quod in ingreſſu Societatis ſibi vt ſcopum pręfigebant.

a Exa.c.4. §.6.& p.1. c.4.§.4.

3 [b] Eadem de cauſa egredi Domo

b Exa.c.4. §.25.

## DECLARATIONES in Tertiam Partem.

### IN CAPVT I.

De cõſeruatione in ijs, quæ ad animam pertinẽt.

A ¶ *SI in aliquo loco ſolicitatur,vel perturbatur aliquis ab hominibus, qui in via ſpiritus non bene procedunt; videat Superior, num eundem in alium locum tranſmitti expediat,vbi diuino obſequio cõmodius inſiſtat.& tunc Superior ad quẽ mittitur,certior fieri debet de rebus ipſius, quantum ſit ſatis ad eum magis iuuandum, & alios quibus præeſt.*

B ¶ *Si aliquando permittendum videretur,vt conſanguineos vel amicos,quos,cum eſſet in ſeculo, habebat,alloqueretur,coram aliquo à Superiore deſignato id fiat,& breuiter; niſi particulares ob cauſas is qui ſupremam curam habet,aliud ſtatueret. Sic etiã,ſi aliquis ex ijs qui Domi ſunt,cuiquã ſcriberet, nonniſi obtenta facultate, litteris ei oſtenſis quem Superior deſtinauerit,id faciet.Si ad eundem litteræ mitterentur, ei primo reddentur, qui à Superiore*

fuerit

*fuerit conſtitutus; qui eas lectas reddet, aut non red det illi, ad quem ſunt deſtinatæ; prout in Domino expedire ad maius ipſius bonum, & Dei gloriam exiſtimabit.*

mo non debent, niſi † quando, & [a] cum quo ſocio Superiori viſum fuerit.' Nec Domi hi cũ illis pro ſuo arbitratu colloquantur, † ſed cum ijs tantum, qui à Superiore præſcripti fuerint;' C D

a P.4.c.4. F.

*C ¶ Conſiderabit Superior, nũ aliqui, quibus cõfidendum videatur, ſoli mitti poſſint; & ſi qua etiam quibuſdã facultas generalis dari debeat, vel non; ſed ſigillatim eam peti, quandocunque Domo egrediuntur, oporteat.*

*D ¶ Vt plurimum Nouitios inter ſe conuerſari non conuenit; ſed ſilentium inuicem obſeruare, niſi in rebus, in quibus loqui neceſſe ſit. Agent vero potius cum maturis, ac prudentibus, qui ſcilicet à Superiore cuique fuerint deſignati. Sic etiam, ſi duo in eodem cubiculo lectulos ſuos habeant, alter eorum huiuſmodi ſit, vt minime dubitetur, quod alter eius Societate proficiat; & eandem ob cauſam inter cubicula, quæ ſeorſum vnicuique iuniorum aſſignantur, par eſt aliquos ex antiquioribus intermiſceri.*

*Sine facultate autem à Superiore accepta ordinarie vnus cubiculum alterius non ingredietur; &, ſi cum ea facultate ingreſſus fuerit, oſtium ſemper apertum maneat, quandiu cum alio ibidem fuerit; vt & Superior, & Officiales ad id deſtinati, quandocunque eis viſum fuerit conuenire, ingredi poſſint.*

*E ¶ Simile*

rint,' quorũ exemplo & ſpiritualibus colloquijs ædificationem accipiant, non autem offenſioné, & proficiant in Domino.

4 Omnes diligentiſsime curent portas ſenſuum ſuorum (oculorum præcipue, aurium, & linguæ) ab omni inordinatione cuſtodire, ac ſe in pace, & vera humilitate interna conſeruare, & eam in ſilentio, cum id obſeruandum eſt, cum autem loquendum, in circũſpectione & ædificatione verborum, & modeſtia vultus, ac maturitate inceſſus, motuumque omnium, ſine vllo impatientiæ aut ſuperbiæ ſigno exhibere; in omnibus procurando atque optando potiores partes alijs deferre, omnes in animo ſuo tanquam ſibi ſuperiores ducendo, & exterius honorem ac reuerentiã quam exigit cuiuſque ſtatus, cum ſimplicitate & moderatione religioſa exhibendo: atque ita fiat, vt ſe mutuo conſiderantes, in deuotione creſcãt, Deumque Dominum Noſtrum laudent, quem quiſque in alio, vt in illius imagine, agnoſcere ſtudeat.

5 In refectione corporis curandum eſt, vt temperantia, modeſtia, & decentia interius, & exterius in omnibus obſeruetur. Præmittatur benedictio, & ſequatur actio gratiarum, quas omnes agere debent cum ea qua par eſt deuotione & reuerentia. Et dum corpus edendo reficitur, ſua etiã animæ refectio præbeatur, libro aliquo pio potius quàm difficili, quem capere, & à quo omnes iuuari poſsint, legendo: vel id temporis

aliquis

[a]aliquis, cui à Superiore id iniũ-
getur, concionabitur; vel † ali- E
quid ſimile ad Dei gloriã fiet.

6 Omnes quandiu corpore be-
ne valent, in ſpiritualibus, vel
exterioribus rebus habeant in
quo occupentur. Et qui officiũ
vel miniſterium aliquod certũ
habent, vt de auxilio prouiden-
dum eſt eis, ſi ſit neceſſarium,
ita [b] cum vacant, alijs rebus oc-
cupari deberent; ne otium ma-
lorum omnium origo, quoad
eius fieri poſſit, Domi noſtræ
locum habeat.

7 Vt [c] experiri incipiant ſanctę
Paupertatis virtutem, doceantur omnes, quòd nulla re tanquam propria vti debeãt: [d]quãuis neceſſe non ſit Probatio-
nis tempore † poſſeſſione bo- F
norum ſuorum ſe abdicare; niſi id Superior poſt elapſum primum annum iuberet, iudicans in huiuſmodi bonis tentationum occaſionẽ, & minus proficiendi in ſpiritu habere aliquem, vt qui illis adhæreat aliquo immoderato amore vel
confidentia; & † tunc qui ſe G
exuit

*E ¶ Simile quid erit, litteras quæ ad ædificationẽ faciunt, legere; & ſi qua alia exercitatio aliquando conueniret videretur.*

*F ¶ Poſſeſſione bonorum ſuorum ſe abdicare, tam de proprijs bonis intelligendũ eſt, quæ habet penes ſe vel alios, quã de iure vel actione, quæ ei competit ad bona, quæ ſperat; ſiue ſecularia illa, ſiue eccleſiaſtica ſint. Quando hoc fieri debeat, Præpoſiti Generalis, vel eius, cui ille facultatem communicauerit, arbitrio relinquetur.*

*G ¶ Ante ingreſſũ quiuis de bo-*

a Inf. §.21. & S.

b P.4.c.10. §.6.

c Exa.c.4. §. 4. & p. 6.c.2 §.11. & H.

d Inf.§.25. & Exa. c. 4. §. 2. 3. & 5. & p. 4.c.4.E. & p. 6. c. 2. H.

exuit bonis ſuis, ſequatur Chriſti conſilia:'[a] pro ſua tamẽ deuotione ad hoc potius, quàm illud opus diſpẽſare bona ſua, vel eorum partem poterit; prout in Domino intellexerit ad diuinum beneplacitum magis conuenire; vt in Examine dictum eſt.

8 Intelligant etiam quòd mutuo dare, vel accipere, vel diſpenſare quidquam de ijs, quæ Domi ſunt, minime poſſunt, niſi Superior conſcius cõſenſum præſtiterit.

9 Qui in ingreſſu ipſo, vel poſt ingreſſum ad Obediẽtiam, motus ſua deuotione, vellet bona ſua, vel eorũ partem in Societatis ſubſidium diſpenſare;
H † haud dubie opus faceret maioris

*bonis ſuis temporalibus pro ſuo arbitratu ſtatuere poteſt. Sed poſtquam ingreſſus eſt, tam de eccleſiaſticis, quã de ſecularibus diſponat oportet; ita vt decet virũ ſpiritualis vitæ ſectatorem.* [b] *Ideoque cum exiſtimaret in cõſanguineos ea eſſe diſpenſanda, committere id debet iudicio vnius, vel duorum, vel trium virorũ, qui & doctrina, & pietate commendentur, & eiſdem acquieſcere, & quod illi ſentient, perfectius, & Deo ac Domino Noſtro gratius eſſe, habita omnium circunſtantiarũ ratione (vt in Examine pagina decimanona fuſius dicitur) exequi debet.*

*H ¶ Rectores, vel Præpoſiti Locales, vel Prouinciales, vel quicunque alij, cum quibus aget qui ſic habet in animo ſua bona diſpenſare, vt in ceteris rebus, ita & in hac quod perfectius eſt, quodq; maioris meriti*

[a] Exa. c.4. §.5.

[b] Exa. c.4. §. 3. & 5. & A.

*riti in diuino conſpectu, ei repræſentare debent. Nihilominus, ſi in eo propenſio animi ad locum vnum potius, quã ad alium (quamuis imperfectũ id ſit) cerneretur; etiam ſi iudicio Superioris ſuum ſubmittere vellet, certiorem tamẽ reddere Præpoſitum Generalem poterunt, vel eum, qui eius gerit vices, an ſit aliquid huiuſmodi imperfectionis tolerandum; ſperãdo quod ea ceſſabit aliquando, ſupplebitque diuina bonitas quod ad ſuã maiorem gloriã, & maiorem ipſius perfectionem deeſſe cernitur.*

ioris perfectionis, ' alienationis, & abnegationis vniuerſi amoris proprij, non deſcendẽdo tenero quodam affectu ad particularia loca, nec iuxta illũ ſua bona huic potius, quam illi applicando; quin potius exoptando maius & vniuerſalius bonum Societatis (quæ tota ad maiorem Dei gloriam, ac vniuerſale bonũ, & vtilitatem animarũ inſtituta eſt) hoc iudiciũ ei relinquat, qui eius vniuerſæ curã habet, nũ applicari huic loco potius quam illi in eadem Prouincia debeant: quandoquidem ille melius quam quiſquam alius intelligere poteſt, quid conueniat, & quid maxime vrgeat in omnibus eius locis, [a] ratione habita Regum, Principum, ac aliorum potentatuum; ne eis cauſa vlla offenſionis detur; ſed ad maiorem ædificationem omnium, & ſpiritualem vtilitatem animarum, & gloriam Dei omnia cedant.

[a] P. 10. §. 11. & B.

Doceantur quomodo ab illuſionibus Dæmonis in ſuis ſpiritua- 10

ritualibus exercitationibus caueant, & quomodo ſe contra omnes tentationes tueantur: ſimul rationes ſciant quæ adhiberi poſsint vt eas ſuperent; [a] & ad veras ſolidaſque virtutes conſequendas inſiſtant, ſiue plures adſint viſitationes ſpirituales, ſiue pauciores: curent vero ſemper in via diuini ſeruitij progreſſum facere.

11 [b] Vtantur quotidie conſcientiæ ſuæ examinatione conſueta, [c] & octauo quoque die ſaltem ad Confeſsionis & Communionis ſacramenta accedant, niſi aliqua de cauſa aliud Superiori videretur: & vnus omnium ſit Confeſſarius [d] ab eodem Superiore
I conſtitutus: † quod ſi fieri non poterit, quiſque certe ſuũ ſtabilem habeat Confeſſarium, [e] cui ipſius conſcientia prorſus aperta ſit: qui quidem Confeſſarius non ignoret, quos caſus ſibi Superior reſeruat. Illi autem reſeruabuntur, quos ab eo cognoſci neceſſarium videbitur, aut valde cõueniẽs, [f] quò melius & remedium adhibere poſsit, & ſuæ curæ commiſſos præſeruare ab omnibus quæ nocitura ſunt.

12 [g] Perutile erit, eſſe Domi ali
k quem † virum fidelem, & in rebus ſpiritualibus ſufficienter verſa-

*I ¶ Conuenienter non poſſet fieri propter multitudinẽ, vel quod aliquis ab alio Confeſſario magis, quã ab ordinario iuuari poſſe uideretur, propter cauſas quæ poſſent accidere; quas conſiderabit Superior, & quod in Domino iudicauerit conuenire, prouidebit.*

K ¶ *Hic erit Mi-*

[a] P. 10. §. 2.
[b] P. 4. c. 4. § 3. & 4.
[c] Inf. Q & Exa. c. 4. §. 25. & p. 4. c. 4. §. 3. & B. & p. 6. c. 3. §. 2.
[d] Inf. Q & p. 6. c. 3. §. 2.
[e] Inf. §. 12. & Q
[f] P. 4. c. 19. §. 5.
[g] P. 4. c. 10. §. 7.

*Magiſter Nouitiorum, vel quē Superior ad hoc munus vt aptiorem conſtituet.*

uerſatum,' qui inſtruat eos ac doceat, quomodo & interius, & exterius ſeſe habere debeāt, & ad id eos hortetur, & in memoriam redigat, & amanter ad

L ¶ *Vt*

moneat; quem omnes qui in Probatione ſunt diligant, ad quem in ſuis tentationibus confugiant, cui confidenter ſua omnia detegant, & à quo conſolationem & auxilium in omnibus ſperēt in Domino: & admoneantur quòd nullam debeant celare tentationem, quam huic, uel [a] Confeſſario, uel [b] Superiori non aperiant; immo uero totam animam ſuam illis integre manifeſtam eſſe, pergratum habeant: nec ſolum defectus aperiant, ſed etiam [c] pænitentias, uel mortificationes, & deuotiones, ac virtutes omnes, uoluntate pura optantes ab illis dirigi, ſicubi à rectitudine deflecterent, nolentes ſuo proprio ſenſu duci; niſi conueniat cum iudicio illorum, quos Chriſti Domini Noſtri loco habent.

a Sup. §. 11. & inf. Q.

b Exa. c. 4. §. 34. & cet. & p. 4. c. 10. §. 5. & p. 6. c. 1. §. 2.

c Inf. c. 2. §. 5. & Exa. c. 1. §. 6. & p. 6. c. 3. §. 1.

Anteuertere oportet tentationes, adhibitis earum contrarijs: ut cum quis animaduertitur ad ſuperbiam eſſe propenſus, exercendus debet in rebus abiectioribus, quæ ad humiliandum ipſum utiles futuræ uideantur: & ſic de alijs prauis animæ propenſionibus. 13

Præterea honeſtatis & decētiæ ratione conuenit † fœminas non ingredi Domos, noſtras, nec Collegia,' ſed tantum 14 L

L ¶ *Vt fœminæ non ingrediātur Domos, nec Colle-*

tum Eccleſias: & arma nulla, M nec † inſtrumenta rerum uanarum Domi haberi; ſed tantum ea, quæ faciunt ad finem illum diuini ſeruitij & laudis, quem ſibi præfixit Societas.

15 † In [a] correctionibus & pænitentijs N iniungendis qui modus teneri debeat, prudenti charitati Superioris, & eorum quos ſibi ſubſtituerit, relinquetur: qui in eis rationem habebunt diſpoſitionis perſonarum, & ædificationis uniuerſalis & particularis earum, ad gloriam Dei. [b] Pænitentias uero huiuſmodi prompta uoluntate quiſque admittere deberet, cum uero emendationis, & ſpiritualis profectus deſiderio, etiam ſi propter defectum non culpabilem iniungerentur.

16 [c] Syndicus Domi conſtituatur:

*Collegia Societatis, fere ſemper debet obſeruari. Sed ſi illæ eximia charitate, vel auctoritate ſimul cũ charitate eſſet conſpicuæ; prudentia Superioris iuſtas ob cauſas, vt illæ (ſi id optarent) videndi gratia ingrederentur, poſſet diſpenſare.*

*M ¶ Cuiuſmodi eſſent inſtrumenta ad ludendum, vel ad rem muſicã, libri etiã profani, & alia id genus.*

*N ¶ In correctionibus (licet prudentia rebus particularibus adhibita hũc ordinem mutare poſſit) eſt aduertendum, [d] quod primo in charitate ac dulcedine, qui peccant, ſunt admonendi: ſecũdo in charitate quidem, ſed eo tamen modo, vt eis confuſio & rubor injiciatur: tertio amori, ea, quæ timorem incutiant,*

a P 9.c. 2. §.4.& c.3. §.11.

b Exa.c.1. §.6. & c. 4.§.33.& 41.

c P. 4. c. 10 §.7.& c.17.§.7.

d P.8.c.1. G.

*tiant, adijcientur. De publicis autē defectibus publica debet eſſe pænitentia; ijs tantum, quæ ad omnium ædificationem faciunt, declaratis.*

tur: cuius erit officium, obſeruare in omnibus quod ad honeſtatem & decentiā externā pertinet; Eccleſiam & Domū perluſtrando, & ſiquid non cōueniat, adnotando, & Superiori referendo, vel eundem qui errat cōmonefaciendo; ſi id facultatis ei, vt vtilius in Dño, ſuo fungatur officio, tribuetur.

a Inf. c. 2. G. & Exa. c. 4. §. 32.

17 Curent [a] omnes ex morbis corporis fructum capere, non ſolum ſibi, ſed etiam ad aliorum ædificationē; non impatientes aut moroſos ſe exhibendo, ſed potius patientiam magnam habendo, & præſeferendo, ac Obedientiā Medico, & Infirmario præſtādo, verbis pijs & ædificationem facientibus vtendo, quæ oſtendant ægritudinem acceptari vt donum de manu Creatoris ac Domini Noſtri; quandoquidem non minus donum eſt, quam ſanitas.

b P.4.c.5. §. 4. & c. 14. §. 1. & p. 8. c. 1. §. 8. & K. & p. 10. §. 9.

18 Idem [b] ſapiamus, idē, quoadeius fieri poſſit, dicamus omnes, iuxta Apoſtolū.

O ¶ *Nouæ opiniones admittendæ non ſunt; & ſiquis aliquid ſentiret, quod diſcreparet ab eo, quod Eccleſia & eius Doctores commu-*

† Doctrinæ igitur differentes non admittantur,' nec uerbo in concionibus vel lectionibus publicis, nec ſcriptis libris ([c] qui quidem edi non poterunt in lucē, ſine approbatione atque conſenſu Præpoſiti Generalis; qui eorum examinationem

c P. 4. c. 6. O. & p. 7. c. 4. §. 11.

mu- nationem

nationem ſaltem tribus committat, ſana doctrina, & claro iudicio in ea facultate præditis). imo & iudiciorum de rebus agendis diuerſitas, quæ mater eſſe ſolet diſcordiæ, & inimica vnionis voluntatum, quãtũ fieri poteſt, euitari debet. [b] vnio vero & cõformitas mutua diligentiſſime curanda eſt, P † nec, quæ ei aduerſantur, permittenda: quo iuncti inuicem fraternę charitatis vinculo, melius & efficacius poſſint ſe diuino obſequio, & auxilio proximorum impendere.

19 Quia ad progreſſum in virtutibus faciendum multum cõfert antiquiorum exemplum, quo reliqui ad eorum imitationem animẽtur; qui præeſt alijs (ſi aliter peculiares ob cauſas non iudicaretur conuenire) & omnes alij Sacerdotes, qui ei videbũtur, aliquando intra annum, officium, vel officia eorũ, qui inſeruiũt Domi, ad tempus aliquod obibũt: quo alijs gratius reddatur huiuſmodi miniſterium, in quo ad maius Dei ſer-

*muniter ſentiũt; ſ ſũ ſenſum definitioni ipſius Societatis debet ſubijcere:* [a] *vt in Examine declaratũ eſt. In opinionibus etiã, in quibus catholici Doctores variant inter ſe, vel contrarij ſunt, vt conformitas etiam in Societate ſit, curandum eſt.*

*P ¶ Ferenda non eſt interullos domeſticorũ perturbatio, vel ira mutua: & ſi aliquid huiuſmodi accideret, curetur, vt ſtatim cum ſatisfactione debita in gratiam inuicem redeant.*

a Exa. c. 3. §. 11.

b P. 8. c. 6. §. 8.

ſeruitium & gloriam ſunt conſtituti.

[a] Explicetur aliquot diebus in ſingulis hebdomadibus Do- 20
ctrina Chriſtiana, ac † modus Q
[c] bene & cum fructu confitendi, ' communicandi, Miſſam audiendi, & in eadem miniſtrandi, orandi itidem, meditãdi, & legendi pro captu uniuſcuiuſque tradatur: cureturque non ſolum ut addiſcant quæ conueniunt, ſed etiam ut memoria teneant, & exerceant quæ didicerint: omneſque ſuũ tempus rebus ſpiritualibus impendant, & deuotioni quærendæ pro menſura gratiæ Dei ipſis communicatæ inſiſtant: ad
quod † conferet [c] aliqua exer- R
citia ſpiritualia illis qui nondum ſe exercuerunt in eis, uel omnia tradere, prout unicuiq; conuenire in Domino iudicabitur.

Con-

a Exa.c.4. §.25.
b Sup. §. 11.
c P. 4.c. 4. B.& C.
d Sup. §. 11. & p.6. c. 3.§.2.
e Exa.c.4. §.10.

*Q ¶ Præter modum bene confitendi, [b] tempus etiam eis deſignetur, intra quod ſi ad confeſſionem non accederent, ſubtrahatur eis cibus corporis, donec cibum ſpiritus ſumãt. Qui [d] autẽ alij, quam ſuo Confeſſario deſignato confiteretur, debet poſtmodum (quantũ recordari poterit) eidẽ ſuo Confeſſario totã ſuã conſcientiam aperire; vt nihil ignorando, quod ad eam pertineat, melius in Domino poßit eundẽ iuuare.*

*R ¶ Cum ijs, qui ex ſe exercitiorum ſpiritualium intelligentiam habent, et in ipſis facile progrediũtur, ac methodum in eiſdem bene procedendi habent, vel qui alijs occupationibus diſtinentur, poterunt omni-*

*no, vel certe ex parte, Superiores in communibus huiuſmodi Regulis diſpenſare.*

*Quoſdam, qui quamuis ad ſpiritualia exercitia apti ſint,* [a] *nondum tamen ea ſunt experti, operæ pretium erit aliquando iuuare, ad particulares conſiderationes deſcendendo, quæ ad timorem & amorem Dei, ac virtutum, & ad executionem earum, prout ratio conuenire docuerit, incitent.* [a] P.4.c.4. B.

*Eis, qui ad huiuſmodi exercitationes apti non eſſe viderentur, qualis ex Coadiutoribus Temporalibus aliquis eſſe poſſet, proponi debent ea, quæ ipſorum captui conueniant, et quibus ad ſeruitium Dei ac Domini Noſtri illi iuuentur.*

S ¶ *Qui Domi concionãtur, reprehenſionem alicuius ex fratribus domeſticis, vel ipſius Societatis non attingant. Idẽ caueãt qui in Eccleſiis concionantur, niſi prius Superiorem ea de re conſuluerint; quamuis poſſit vnuſquiſ-*

21 [b] Conuenit omnes exerceri (ſi aliquem Superior non exi- S meret) † in concionibus domeſticis:' ut præterquám quod utiliter in hoc expendetur aliqua hora à prandio, animentur, & aliquem uſum comparent (quod ad uocem, & modum attinet, & ad reliqua) & ut ſpecimen etiam eius talenti, quod in hoc genere Dominus eis communicat, præbeant; & ut ſuos bonos conceptus ad ſuam, & proximorum ædificationem exprimant, de ijs crebro tractantes, quæ ad ſui abnegationem, & in uirtutibus profectum, & omnimodàm perfectionem [b] Sup.§.5. & Exa.c.4. §.25. & p. 4.c.8.§.3. & p. 10. §.3.

*quiſque & ſe, & fratres ſuos ſimul ad progreſſũ in maiori obſequio Dei (quod potius in domeſticis, quàm in publicis in Eccleſia concionibus conuenit) excitare.*

a Exa.c.4. §.28.

*T ¶ Coniungi magis cum Deo, ac liberalẽ ſe in eũ exhibere,* [b] *eſt ſe totum immobiliter diuino ſeruitio mãcipare: quod illorum eſt, qui votis emiſsis Deo ſe dedicant. Quamuis autem id multum iuuet ad vberiorem gratiam accipiendam; nemini tamen præcipiendum eſt, vt id agat; nec primo biennio quiſquam vllo modo ad id compellatur.* [e] *Quod ſi ſponte ex ſua deuotione ad vota ſua ante biennium exactum emittenda mouerentur, nec in*

b Exa.c. 4.§.1.

c P.4.c. 10.§.5.& p.6.c.1.§. 1.&2.& p.7.c.2.§. 1.& A.& I. & p.8.c.1. D.& p.9. c.3.§.20.

d P.6.c.1. §.1.& C.

e Exa.c.1. E.& p.5.c. 4.§.6.

ctionem attinent; ad ea ſe inuicem exhortando, & præcipue ad vnionem & charitatem fraternam.

Magnopere [a] conferet, deuote, quoad fieri poterit, ea munera obire, in quibus magis exercetur humilitas & charitas. Et in vniuerſum loquẽdo, quãto aliquis ſe † arctius Deo ad- T
ſtrinxerit, & liberaliorem erga ſummam Maieſtatem ſe præſtiterit; tanto eum in ſe liberaliorem etiam experietur; & ipſe in dies magis idoneus erit ad gratias, & dona ſpiritualia vberiora recipienda. 22

Expedit in primis ad profectum, & valde neceſſarium eſt, vt omnes perfectæ Obediẽtiæ ſe dedant, Superiorem (quicunque ille ſit) [c] loco Chriſti Domini Noſtri agnoſcentes, & interna reuerẽtia & amore eũ proſequentes: [d] nec ſolũ in exe- 23

cutio-

*manibus*

cutione externa eorum, quæ iniungit, integre, prompte, fortiter, & cum humilitate debita, ſine excuſationibus, & obmurmurationibus obediant, li-
V cet† difficilia, & ſecundum ſẽſualitatem repugnãtia iubeat;' verumetiam conẽtur interius reſignationem, & [a] veram abnegationem propriæ voluntatis & iudicij habere; [b] voluntatem ac iudicium ſuum cũ eo, quod Superior vult & ſentit, in omnibus rebus ([c] ubi peccatum non cerneretur) omnino conformantes, propoſita ſibi uoluntate, ac iudicio Superioris, pro regula ſuæ uoluntatis & iudicij; quo exactius conformentur primæ ac ſummæ regulæ omnis bonæ uoluntatis & iudicij, quæ eſt æterna bonitas & ſapientia.

24 [d] Et ut magis in Obedientiæ uirtute ſe exerceant, conuenit, atq; etiam ualde neceſſarium eſt, ut non ſolum Superiori Societatis uel Domus, ſed etiã ſubordinatis Officialibus, qui ex illo auctoritatem acceperunt, in

*manibus cuiuſquam ea admitti, nec ſolemnitas adhiberi debet: ſed quiſque in ſecreto animi ſui id offerat Deo ac Domino Noſtro. At cum id ſint facturi, conuenit vt formulam quæ conſueuit in votis ſimplicibus obſeruari, petant, & ſcriptũ habeãt quod Deo promiſerũt, ad ſuam memoriam confirmandam.*

*V ¶ Conferet, vt Superiores aliquando occaſionem præbeant ijs qui probantur, exercendi Obedientiæ, & paupertatis virtutem, eoſ-*

[a] Inf. §. 27. & Exa. c. 4. §. 46. & p. 5. c. 2. §. 1.

[b] P. 4. c. 10. §. 5. & p. 6. c. 1. §. 1.

[c] P. 6. c. 1. §. 1. & B.

[d] Exa. c. 4. §. 29. 30. & 31. & E. & p. 4. c. 10. §. 8.

in ijs omnibus, in quibus ſuper ipſos poteſtatem habent, obediant; & aſſueſcant non intueri, quis ille ſit, cui obediunt, ſed potius quis ille, propter quem, & cui in omnibus obediunt, qui eſt Chriſtus Dominus.

25 Diligant[a] omnes Paupertatem, vt matrem; & iuxta menſuram ſanctæ diſcretionis ſuis temporibus eius effectus aliquos experiantur; &, vt in Examine dictum eſt,[b] parati ſint poſt primum annum exactum ad temporalia bona diſtribuenda, quandocumque à Superiore iniunctum id fuerit, & ea ratione ſeruata, quę ipſis in[c] Examine propoſita fuit.

26 Omnes rectam habere intentionem ſtudeant non ſolum circa vitæ ſuæ ſtatum, verumetiam circa res omnes particulares, id ſemper in eis ſyncere ſpectantes, vt ſeruiant, & placeant diuinæ bonitati propter ſeipſam, & propter charitatem, & eximia beneficia, quibus præuenit nos; potius quàm ob timorem pœnarum, vel ſpem præmiorum (quamuis hinc etiam iuuari debeant) & crebro admoneantur vt in omnibus quærant Deũ, exuentes ſe, quantum fieri poteſt, amore omniũ

*eoſdem tentando ad maiorem ipſorum vtilitatẽ ſpiritualẽ, eo modo, quo Dominus Abraham tentauit; vt ſpecimen virtutis ſuæ præbeant, & in eadẽ creſcant. In eo tamen, quoad eius fieri poßit, menſura, & proportio iuxta vniuſcuiuſque vires, vt diſcretio dictabit, obſeruetur.*

a P. 6. c. 2. §. 1. & p. 10. §. 5.

b Sup. §. 7. & Exa. c. 4. §. 2. 3. & 5.

c Exa. c. 4. §. 2.

cre-

creaturarum; vt affectum vniuerſum in ipſarum Creatorem conferant, eum in omnibus creaturis amando, & omnes in eo, iuxta ſanctiſſimam ac diuinam ipſius voluntatem.

27 [a] Studium in quod incumbent qui in Domibus Societatis probantur, id eſſe debet, quod eos magis ad ſuperius dictam abnegationem ſui, & in virtutibus ac deuotione profectum iuuabit. † Studia [b] vero litterarum, in vniuerſum loquendo, in Domibus non erunt; niſi cum quibuſdam, peculiaribus de cauſis, diſpenſatione opus eſſe videretur. [c] Collegia enim ad litteras addiſcendas ſunt; Domus vero ad eas, quas didicerint, exercendas; vel ad præparandum earum fundamentum, humilitatis ſcilicet, ac omnis uirtutis in ijs, qui operam eis ſunt daturi.

a Sup. §. 23. & Exa. c. 4. §. 46.

b Exa. c. 7. §. 1.

c Par. 4. procœ. & c. 8. §. 1. & c. 11. §. 1. & p. 10. §. 4.

28 Sit qui ſingulis hebdomadibus, uel ſaltem decimoquinto quoque die hæc & ſimilia omnibus in memoriam redigat; uel illi hęc legere teneātur: ne pro noſtræ fragilis naturæ conditione obliti, ab eorum executione ceſſent. Et aliquoties ſingulis annis omnes à Superiore ſibi

X ¶ *Quamuis, in genere loquendo, ſtudia litterarum in Domibus Societatis nō teneantur; quicunq; tamē prædicationi, & Confeſſionibus audiēdis vacant, ſtudiū adhibere poſſunt ad ea, quæ ipſis vſui futura ſunt. Et ſi alicui particulariter conueniret alijs etiā rebus ſtudere, prudentiæ Superioris relinquitur, vt id conſideret, & in eo diſpenſet.*

ſibi pænitentias iniungi propter defectum obſer uationis Regularum petant; ut hæc cura indicium ſit illius, quam de ſuo profectu ſpirituali in via Dei quiſque habet.

## DE CONSERVATIONE Corporis. Cap. II.

a Sup. c.1. §.1.& p.4. c.4.§.1.& p.6.c.3.§. 1.& p.10. §.13.& C.

1 VT nimia ſolicitudo in ijs, quæ ad corpus pertinent, reprehẽſibilis eſt; ita [a] cura moderata tuendæ ad diuinum obſequium valetudinis, ac virium corporis laude digna, & ab omnibus adhibenda eſt: & ea de cauſa, cum animaduerterint aliquid ſibi nocere, vel quid aliud neceſſarium eſſe circa victum, veſtitum, habitationem, officium, aut exercitationem, & ſic de alijs rebus, admoneant omnes ea de re Superiorem, vel quem ad id Superior cõſtituerit; duo interim obſeruantes; Primum, vt antequam ad eum quid referãt, ſe ad orandum recipiant; & [b] poſt orationem, ſi ſenſerint rem deferendam ad Superiorẽ, id faciant: Alterum, vt cum verbo, aut ſcripto breui (ne excidat memoria) Superiori rem expoſuerint, ei totam curam rei expoſitæ relinquant; & quidquid ille ſtatuerit, optimũ ducant; † nec contendere, aut vrgere per ſe, vel alium (ſiue concedatur quod petitur, ſiue non) pergant: quandoquidem ſibi perſuadere debent, id magis A

b Exa.c.8. A.

In Cap. II.

A¶ LICET qui exponit quod neceſſarium

gis expedire ad diuinum obſequium, ac ſuũ maius bonum, quod Superiori, re intellecta, in Domino viſum fuerit.

2 Statuatur [a] tempus quoad eius fieri poterit, edendi, cuban-
B di, ſurgendi, † quod communiter omnes obſeruent.'

3 [b] In ijs quæ ad victum, † ve-
C ſtitum,' & habitationẽ, & alia corpori neceſſaria pertinent, curetur cum diuino auxilio, vt quamuis ſit in quo probetur virtus & ſui ipſius abnegatio; non deſit tamen quo ſuſtentetur natura, & ad diuinum obſequium laudemque conſeruetur; habita conuenienti ratione perſonarum in Domino.

[a] Vt

*riũ ſibi exiſtimat non debeat ex ſe idem denuo petere, nec vrgere; ſi Superior tamen nondum ſatis intellexiſſet, & declarationẽ vellet maiorem; ea quidẽ dãda erit. et ſi forte ex obliuione non prouideret, cum tamen ſignificaſſet ſe velle id facere; nõ erit ab re, debita cum modeſtia ei in memoriã reducere, vel repræſẽtare.*

[a] P.4.c.10. §.9.

[b] Exa.c.4. §.26. & p. 6.c.2.§.15. & 16. & M.

B ¶ *Quamuis ordinem temporis in refectione, & ſomno vt plurimũ omnes obſeruare debeãt; ſi tamen peculiares ob cauſas alicui aliud conueniret, videat Superior num diſpenſatione cũ eo ſit vtendũ, necne.*

C ¶ *In veſtitu habenda eſt ratio eius finis, qui eſt, ab iniuria frigoris, & ab indecoro defendi. Ceterum conuenit, vt, [c] qui probantur, veſtitus ratione, ad mortificationẽ et abnegationẽ ſui, et ad mundũ eiuſq; vanitatẽ ſub pedibus conculcandã iuuẽtur; et id quidem, quantũ, conſiderata natura, conſuetudo, officiũ,*

[c] Exa. c.1. §.13. & F. & p.1.c.4. §.4.

&

*& aliæ perſonarum circunſtantiæ patientur.*

*Cum Scholaſticis approbatis, & ijs qui ſtudijs va cant, videtur in ijs quæ ad veſtitum attinent, magis quam cum ijs qui probantur, ratio haberi poſſe decen tiæ exterioris, & commoditatis propter ſtudiorum laborem, & quia Collegia redditus habent: quamuis ſuperflua ſemper euitari oporteat. In particularibus vero, pro ut vnicuique conuenit, procedetur.*

a P. 4.c.4. §.1. D ¶ [a] *A prandio, præſertim in æſtate, per vnius vel duarum horarũ ſpatiũ permitti non debẽt, quoad eius fieri poterit, corporis aut mentis grauiora exercitia. Siquid vero neceſſitas poſtulabit, id quanta poterit charitate erit & metiendũ, et moderandum. Id autem temporis in alijs leuioribus exercitijs occupari poterit. Sed nec extra huiuſmodi horas labores nimium continuari ſine aliqua relaxatione, vel conuenienti recreatione debebunt.*

b P. 10. §. 10. [b] Vt † non expedit tanto labore corporali quemquã onerari, ' ut ſpiritus obruatur, & corpus detrimentum patiatur; ita aliqua corporalis exercitatio, quæ utrumque iuuet, omnibus communiter cõuenit, etiã illis qui mentalibus exercitijs debent inſiſtere; quæ quidem externis interrumpi deberent, & non continuari, nec ſine mẽſura diſcretionis aſſumi. 4 D

c P. 10.§. 10. Corporis [c] caſtigatio immoderata eſſe non debet, nec indiſcreta † in uigilijs, '& abſtinentijs, 5 E

d P. 4.c.4. §.1.& p.6. c.2.§.16. E ¶ [d] *Tempus ſomno tribuendum, in genere loquendo,*

*quendo, intra ſextæ & ſeptimæ horæ ſpatium debere eſſe videtur: (nec ſine induſiis dormiendum eſt, niſi neceſsitatis alicuius excuſationem Superior admitteret) ſed quia in tanta uarietate perſonarum ac habitudinum certa regula præſcribi nequit, ut detrahatur, vel addatur huic tempori, Præpoſiti prudentiæ relinquetur; qui curabit, ut quiſq; quod neceſsitas naturalis exigit, retineat.*

tijs, & alijs pœnitentijs exter-
F nis, † ac laboribus; quæ & nocumentum afferre, & maiora bona impedire ſolẽt. [a] Ideo ſuo Confeſſario detegi ab unoquoque conuenit, quidquid in hac parte faciat; qui ſi iudicat excedi mẽſuram, aut certe dubitat de exceſſu, illum ad Superiorẽ remittat. Hæc autem omnia eo fiunt, ut clarius procedatur, & in animis corporibusq; noſtris Deo Domino Noſtro maior gloria deferatur.

6 Sit aliquis Domi, qui præſit in ijs, quæ ad corporis bonam valetudinem pertinent, tum conſeruandam in ſanis, & quidem in ijs præſertim, qui ex ætate, vel alijs de cauſis ſunt debiliores; tum reſtituendam in

*F ¶ Quamuis vnuſquiſque paratus eſſe debeat ad quoduis officium aſſumendũ, quod ei fuerit impoſitum; animaduertendũ tamen erit, in illis quæ robuſtiores ac fortiores homines requirunt (qualia ſunt officia Sacriſtæ, Ianitoris, atque Infirmarij) vt ij homines qui corporis habitudine iuxta officiorũ rationẽ præditi ſũt, quantum fieri poteſt, conſtituãtur*

*G ¶ Cu-*

a Sup. c. 1. §. 12. & Exa. c. 1. §. 6. & C. & p. 6. c. 3. §. 1.

in ægrotantibus † cui debeant omnes, ſi male ſe habere extraordinarie ſenſerint, id referre; vt de remedio, prout charitas exigit, conuenienti prouideatur.' G

7 In ijs quæ pertinent ad rerum temporalium conſeruationem, præter curam illam, quã omnibus charitas & ratio imponit, æquum erit, alicui peculiariter demãdari hoc munus; vt

*G ¶ Cura habeatur ægrotorũ magna; quorum ægritudo ſimulatque Infirmario indicata fuerit, ſi ſenſerit ille rem eſſe alicuius momenti, Superiorem admoneat: & vocetur Medicus, qui vnus tantũ ordinarie eſſe debet; ſi in caſibus quibuſdam Superiori aliud non videretur.* [a] *Obſeruetur autem tam in victus ratione, quàm in medicinis quod Medicus præſcripſerit, quantum fieri poterit; nec infirmus in his quidquam curet;* [b] *ſed illud potius ſtudeat, vt patientiam & Obedientiam exerceat, relicta cura reliquorum omnium Superiori, ac eius miniſtris, per quos a diuina prouidentia regitur.*

[c] *Et quamuis noſtræ vocationis ſit diuerſa loca peragrare, & vitam agere in quauis mundi plaga, vbi maius Dei obſequium, & animarum auxilium ſperatur; nihilominus tamen ſi experimento comperirietur aliquis ferre nõ poſſe alicuius regionis cœlũ, & male habere continenter cerneretur; Superiori conſiderandũ relinquitur, num ille migrare alio debeat, vbi melius habens corpore, impenſius diuino ſeruitio vacare poſſit. Non erit tamen ipſius infirmi*

a P.6.c.2. §.16.

b Sup.c.1. §.17. & Exa.c.4.§.32.

c Exa.c.4. §.35.& p.4. proœ. A. & p. 7. c.1.§.1.& c.2.H.

mi

vt tanquam bona Domini Noſtri IESV Chriſti propria ea curet. Ad alias etiam functiones neceſſarias, & eas præcipue, † quæ honeſtius Domi, quã foris fiunt, curandum eſt, vt [a] Officialiũ neceſſarius numerus conſtituatur; & expedit ut huiuſmodi officia Coadiutores Temporales, ſi ea ignorent, addiſcant: omnia ad maiorem gloriam Dei, Creatoris & Domini Noſtri ſemper dirigẽdo. H

[a] P. 1. c. 2. §. 2. & A. & p. 4. c. 3. §. 2. & G. 10. §. 6.

*mi, huiuſmodi mutationem poſtulare, nec animi propenſionẽ ad eam oſtendere; ſed Superioris curæ id relinquetur.*

*H ¶ Officiales in ijs quæ Domi honeſtius quàm foris fiunt, intelliguntur, Lotor pannorum lineorum, Tonſor, & huiuſmodi; quos eſſe Domi, ſi fieri poſſet, expediret.*

QVAR-

# QVARTA PARS

## DE IIS, QVI IN SOCIETATE retinentur, inſtruendis in litteris, & alijs, quæ ad proximos iuuandos conferunt.

### PROOEMIVM.

a Inf. c. 5. §. 1. & c. 6. §. 1. & c. 12 §. 1. & Exa. c. 1. §. 2. & p. 1. c. 2. §. 8. & p. 3. c. 1. §. 9 & p 7. c. 1. §. 1. & p. 10. §. 2.

CVM [a] ſcopus, ad quem Societas recta tēdit, ſit ſuas ac proximorum animas ad finem vltimum conſequendum, ad quē creatæ fuerunt, iuuare; cumque ad id, præter vitæ exemplum, doctrina & modus eam proponendi ſint neceſſaria; poſtquam in ijs, qui admiſſi ſunt ad Probationem, iactum eſſe videbitur abnegationis propriæ, & profectus in virtutibus neceſſarij conueniens fundamentum; de litterarum ædificio, & modo eis vtendi agēdum erit; quo iuuare poſſint ad magis cognoſcendum, magiſque ſeruiendū Deo Creatori ac Domino Noſtro.† Ad hoc [b] Collegia, & aliquando etiam Vniuerſitates, vel Studia generalia Societas amplectitur; in quibus qui bonū ſui ſpecimen in Domibus dū probarentur, præbuerunt, 1 A

b Inf. c. 3. §. 1. & c. 11. §. 1. & p. 3. c. 1. §. 27. & p. 10. §. 4.

#### DECLARAtio in Procemium quartæ partis.

c Exa. c. 4. §. 35. & p. 3. c. 2. G. & p. 7. c. 1. §. 1. & A. & §. 2. H.

A ¶ *CVm ſcopus ac finis, ad quem tendit hæc Societas, ſit,* [c] *varias mūdi partes ex Obedientia*

runt, nec tamen doctrina ad noſtrum Inſtitutum neceſſaria ſatis inſtructi acceſſerunt; in ea & in alijs rebus, quæ ad iuuandas animas conferunt, inſtruantur. Prius ergo de ijs quæ ad Collegia; deinde de ijs quæ ad Studia generalia pertinent, dicetur; cum eo fauore, quem diuina Sapientia ad maiorem gloriam laudemque ſuam nobis mēdare dignabitur.

DE

*dictia ſummi Vicarij Chriſti Domini Noſtri, vel Superioris eiuſdē Societatis peragrando, verbum Dei prædicare, Confeſſiones audire, et reliquis quibuſcūque poterit medijs vti, diuina gratia aſpirante, ad animas iuuandas: neceſſarium eſſe, uel in primis rationi conſentaneum viſum eſt,[a] vt qui in eam ſunt ingreſſuri, viri ſint vitæ probitate, & litterarum eruditione ad id officiū idonei. Et quia boni ſimul et eruditi pauci inueniuntur, ſi cum alijs comparentur, & ex paucis maior pars iam à ſuſceptis laboribus vellet conquieſcere: perdifficile fore deprehendimus, huiuſmodi hominibus, qui boni ſimul ac litterati eſſent, hāc Societatem augeri poſſe, tum propter magnos labores, quos eius Inſtitutum exigit, tum propter magnā ſui ipſorum abnegationem. Ideo nobis omnibus, qui conſeruationem & incrementum eius ad maiorem laudem & obſequium Dei ac Domini Noſtri cupiebamus, alia via tenenda eſſe viſa eſt; admittendi nimirum iuuenes, qui bonorum morum &* [b] *ingeniorum indole ſpem facerent, quòd in probos ſimul ac doctos viros, ad colendam Chriſti Domini Noſtri vineam*

[a] P.1.c.1. §.3. & p. 8.c.1.§.2. & B. & p. 10.§.7.

[b] Inf. c.3. §. 2. & p. 1. c. 3. §. 13. & p. 5. c. 2. §. 5.

H eſſent

a Inf. c. 2. §. 1. & c. 11. §. 1. & 2. & p. 9. c. 3. §. 17.

*eſſent euaſuri;* [a] *admittendi etiam Collegia, cum ijs conditionibus, quæ in litteris Apoſtolicis continẽtur, ſiue in Vniuerſitatibus, ſiue extra illas fuerint; & quidẽ ſi in Vniuerſitatibus, ſiue illæ Societatis curæ commiſſæ ſint, ſiue non. Hac enim ratione nobis in Domino perſuademus, ad maius diuinæ Maieſtatis obſequium fore, ſi & numero augeantur, & in litteris ac virtutibus progreſſum faciant ij, qui eidem obſequio ſe totos impendunt. Primo ergo de ijs, quæ ad Collegia pertinent; deinde de ijs, quæ ad Vniuerſitates, agetur. Et quod ad Collegia, Primo loco de ijs quæ ad Fundatores; Secundo de ijs, quæ ad Collegia iam fundata, quoad materialia uel temporalia bona eorum pertinẽt; Tertio de Scholaſticis, qui in eiſdẽ ſtudijs vacant, admittendis, conſeruandis, litteris & alijs medijs ad proximum iuuandum promouendis, & à ſtudijs educendis; Quarto de ijs, quæ ad gubernationem eorum pertinent.*

## *DE MEMORIA HABENDA Fundatorum, & bene de Collegijs meritorum. Cap. I.*

QVoniam valde æquum eſt, vt (quod in nobis erit) illorum deuotioni ac beneficentiæ correſpondeamus, quibus diuina bonitas ad fundationem ac dotationem Collegiorũ vtitur adminiſtris; Primum in quouis noſtræ Societatis Collegio perpetuo ſingulis hebdomadibus Miſſa ſemel pro eius Fundatore & benefactoribus viuis & mortuis celebretur. 1

2 Initio

2 Initio item cuiuſque menſis
omnes Sacerdotes qui in Col-
legio fuerint, pro eiſdē ſemel
offerre idem Sacrificium per-
petuo debeant. Singulis inſu-
per annis, eo die quo Collegij
cuiuſque poſſeſſio Societati tra
A dita eſt, † cum [a] ſolemnitate
Miſſa pro Fundatore & bene-
factoribus celebretur:' & id tē-
poris in eodem Collegio qui-
cunque Sacerdotes adfuerint,
eodem ſua referent Sacrificia.

3 Eodem die candela cerea
B Fundatori offeratur, † aut vni
ex ſuis, qui ipſi ſit cognatione
proxime coniunctus,' aut illi
demum quem ipſe Fundator
deſignauerit: in qua candela ar
morum Fundatoris, aut deuo-
C tionis inſignia extent. † Illa ve
ro teſtabitur Societas, quā Fun
datori in Domino debet, gra-
titudinem.'

4 Cū primum Societas in Col
legij alicuius poſſeſsionē vene
rit;

IN CAPVT Primū Quartæ Partis. De memoria habenda Fundatorū.

*A ¶ Solemnitas eo modo intelligatur, qui Societati ſit vſitatus, & in eo loco, vbi Miſſa celebratur.*

*B ¶ Si in loco vbi huiuſmodi Collegiū Inſtitutū eſt, tēporis ſucceſſu non eſſet aliquis de poſteritate Fūdatoris; mitti cādela poterit alio, vbi ex eius progenie aliquis inueniretur; vel in altari conſtitui poterit, vbi diuinū Sacrificium celebratur, nomine & loco Fundatoris huiuſmodi.*

*C ¶ Per huiuſmodi candelā, ſignificatio fit gratitudinis erga Fūdatores tenēdæ; nō iuris patronatus, vel*

[a] P.6.c.3. B.

*actionis vllius, quæ illis, aut eorum ſucceſſoribus, ad Collegiũ vel eius bona tẽporalia competat. nihil enim tale erit.*

D ¶ *In Communitatibus, vel Rebus publicis, quæ non moriuntur, dicentur huiuſmodi Miſſæ pro earum defunctis; & pro illis præſertim, qui de nobis melius meriti ſunt in Domino.*

E ¶ *Quod dictum eſt, obſeruari omnino conueniet erga eos, qui cõpleta Collegia facient. Cũ ijs autem, qui aliquod duntaxat principium dederint, ea pars eorum,*

rit; Præpoſitus Generalis curet
indici per vniuerſam Societa-
té, vt quilibet Sacerdos ter Sa-
crum faciat pro ſuperſtite Fun
datore ipſius Collegij, ac bene
factoribus: vt illos ſua benigni
tate Dominus in rebus omni-
bus dirigat, & ſuis donis ſem-
per augeat. Rurſus, † cum ex D
hac vita illi exceſſerint, cura-
bit idem Præpoſitus Genera-
lis, vbi primum reſciuerit, vt
per totam Societatem ſinguli
Sacerdotes ter Sacrum pro ani
mabus illorum faciant. Quo-
ties autem dictum eſt, Miſſas
eſſe à Sacerdotibus celebran-
das; ceteri omnes, qui in Colle
gijs degunt, ac Sacerdotes non
ſunt, ad eandem illam intentio
nem orare debent: quandoqui-
dem eiuſdem gratitudinis no-
mine vtrique obligantur in
Domino.

Fundatores præterea, ac be- 5
nefactores Collegiorum, parti-
cipes peculiariter efficiuntur
omnium bonorum operũ, quæ
tum in ipſis Collegijs, tũ in re-
liqua Societate Dei gratia fiũt.

† In

*rum, quæ diximus, præſtabitur, quam Præpoſitus Generalis præſtandam in Domino iudicauerit.*

6 † In vniuerſum autem tum
E Fundatoribus,' tum etiam ipſorum neceſſarijs, & quoad viuunt, & poſtquam obierint, peculiariter ſeſe deuinctã eſſe Societas ex charitate cognoſcat: vt omni officio illos proſequatur, quod à nobis præſtari iuxta minimam hanc noſtrã Profeſſionem, ad diuinam gloriam poſſit.

## *DE IIS QVAE AD RES TEMporales Collegiorum pertinent. Cap. II.*

1 AD [a] Collegia quæ libere Societati offerũtur, vt iuxta ſuas Conſtitutiones omnino eis vtatur, admittenda, Præpoſitus Generalis, nomine totius Societatis, plenam poteſtatẽ habebit.

2 Si Fundator [b] aliquas conditiones exigeret, ordini ac modo procedendi Societati conſueto non omnino conſentaneas; eidem Præpoſito Generali (auditis ſententijs aliorum, [c] quos ipſe de huiuſmodi rebus melius iudicare cenſebit) conſiderandum relinquatur, an omnibus perpenſis vtile ſit futurum Societati ad finem diuini ſeruitij, quem ſibi præfixit, huiuſmodi Collegium admittere, nec ne. [d] Sed ſi temporis decurſu ſe grauari eo onere animaduertet Societas, poterit ipſa in Congregatione generali id proponere, & ſtatuere vt relinquatur Collegium huiuſmodi; vel

a Sup. pr. A. & p. 9. c.3. §.17.

b Inf. c. 11. §. 2. & A. & p.9.c.3. §.17.

c Inf. c. 11. §.2.

d P.9.c.3. §.17.

*IN CAPVT II.*

De ijs, quæ ad Collegiorum res temporales pertinent.

proſpicere, ut onus temperetur, vel certe, vt ad onus id ferendũ vires maiores præbeantur. Hoc tamen dictum ſit, ſi ante Congregationem huiuſmodi Præpoſitus Generalis huic incommodo, prout in Domino conuenit, nõ occurreret.

[a] Inſ.c.10. §. 2. & c. 11.§.2.& p.8.c.2.§. 2.& p 9. c.3. §. 5. 17.& 18.

[a] Ad relinquenda, vel alienãda Collegia, aut Domos iã admiſſas † Præpoſitus Generalis ſimul cum ipſa Societate poteſtatem habebit. Cum enim id ſit perinde, ac ſi membrum ab eius corpore præſcinderetur, & res alioqui perpetua & maioris momenti ſit; cum ea vniuerſa cõmunicari melius eſt. 3 A

A ¶ *PRæpoſitus Generalis ſimul cũ Societate, num admiſſa iam Collegia vel Domus relinqui debeãt, an retineri, ſtatuat. Id tamen in Cõgregatione generali fieri poſſet; & etiam ſine illa, miſſis nimirum ſuffragijs ab ijs, qui ius habent ſuffragij. Et tunc non poteſt Societas, nec eius Generalis quod ſic relinquitur, vel eius partem vllis extra Societatem hominibus donare. Sed ſi ipſa curam quam habebat reliquerit, poterunt qui alias hanc auctoritatem ſibi in fundatione reſeruauerint, pro ſua deuotione ad aliud opus applicare id quod ſic relictum fuerit. Si vero huiuſmodi non interceſſerit reſeruatio, poterit procedere Societas iuxta ſuum Inſtitutum, prout ad Dei gloriam magis conuenire iudicabit.*

In

B ¶ *De non*

4 In [a] Collegijs Societatis† nec
B curæ animarũ, nec obligationes ad Miſſas celebrãdas, neq; aliæ huiuſmodi admittantur; quæ à ſtudijs diſtrahere admodũ, & ea quæ in illis ad diuinũ obſequiũ quæruntur, impedire ſolent: quemadmodũ neq; in Domibus alijs, vel Eccleſiis Societatis Profeſſę, quę quoad ei⁹ fieri poteſt, expedita ad ſedis Apoſtolicæ miſſiones obeũdas, aliaq; opera ad Dei obſequium & animarũ auxiliũ eſſe debet.

[a] P.6.c.3. §.5. &6. &C.

B ¶ *De non admittendis obligationibus, & cet. ſic intelligitur; quòd Miſſarum obligationes, vel huiuſmodi, quæ aſſignato redditui commenſuratæ videantur, aſſumi nequeunt. Non tamen perinde inconueniẽs exiſtimatur, aliquam facilem & exiguam obligationem (quæ tamen non ſit animarum cura) admittere; ſi cauſa ſufficiens ad id moueret; præſertim ſi res huiuſmodi eſſet, quæ diſtractionis & occupationis perexiguæ aut nullius futura eſſet. In Domibus autem Profeſſorum, quando nec illæ redditus vllos habent, nec ipſi ita ſtabilem habitationem, huiuſmodi obligationes non tolerãtur. De alijs obligationibus Lectionum vel Lectorum non hic agitur: veruntamen [c] & hæ ipſæ in Collegijs, & Vniuerſitatibus non ſine magna conſideratione, nec vltra limitem, quem Præpoſitus Generalis conuenire ad commune bonum, & ipſius Societatis ad Dei & Domini Noſtri gloriam iudicauerit, aſſumentur.*

C † [b] Poſſeſsionem Collegiorũ cum

[b] Inf.c.10. §.1.& 2. & p.9.c.3. §3.

[c] Sup.§. 2.& inf. c. 11.§.2.& A.

C ¶ *Societas in vſum Scholaſticorum ſuorum iuxta lit-*

*ta litteras Apoſtolicas redditũ adminiſtrationem exercebit per Præpoſitum Generalem, vel Prouincialẽ, vel aliũ, cui Generalis id commiſerit ad defendẽdas et conſeruãdas poſſeſsiones & redditus Collegiorũ, etiam in iudicio, cũ id conueniens vel neceſſarium fuerit. Ac eiuſdẽ Præpoſiti erit, vel eorum quibus ille facultatem dederit, admittere quidquid præterea Collegijs ad ſuſtentationem & incrementum eorum in rebus temporalibus donaretur.*

a Inf. c. 10. §.3.& 5.& p. 9. c.3.§.3.& 14.

b Inf.c.10. §.3.& p. 9.c.3.§.4. & 15. & C.

cum rebus temporalibus quæ ad ipſa ſpectant, capiet Societas;'[a] & Rectores qui ad id munus conueniens habeant talentum, conſtituet; qui curam ſuſcipiant conſeruandi, atq; adminiſtrandi res ipſorum temporales, ac prouideant neceſſitatibus tam materialis ædificij, quã Scholarium qui in ipſis Collegijs degunt, † eorumque, qui diſponuntur vt ad illa admittantur, ' atque † eorum etiam, qui extra Collegia gerunt illorum negotia.'[b] Totius vero adminiſtrationis ratio Rectoribus conſtet: vt eam reddere, quando, & cui per Præ poſi- D E

c Exa.c.1 B.

*D ¶ [c] Qui diſponuntur vt ad Collegia mittantur, illi ſunt, qui in Domibus Probationum verſantur; & qui ex Domibus Societatis Profeſſæ, vel Domibus Probationum ad ſtudia mittuntur.*

d P.9.c.3. §. 16.& c. 6.§.12.& H.

*E ¶ [d] Qui negotia Collegiorum extra ea gerunt, in primis intelliguntur Procuratores, qui in ſummi Pontificis, vel aliorum Principum curia negotia Societatis gerunt. Verum quid ad hos, & alios ſumptus neceſ-*

*neceſſarios contribui debeat, Præpoſitus Generalis, ſeruata proportione debita, per ſe, vel aliũ id ſtatuet.*

poſitum Generalem conſtitue-
F tur, poſſint. At † Generalis [a] cũ nec in ſuum, nec in vllorum conſanguineorum ſuorũ, nec in Profeſſæ Societatis vsũ bona temporalia Collegiorum poſſit conuertere;' eo purius ſeſe in eorum ſuperintendentia ad maiorem gloriam & ſeruitium Dei gerere poterit.

6 In ijs Collegiis quæ duodecim Scholaſticos (præter Præceptores) ex proprijs redditibus

*F ¶ Cum dicitur, non poſſe Societatem Profeſſã, vel eius Præpoſitum Generalem iuuari redditibus Collegiorũ, intelligẽdum eſt iuxta litteras Apoſtolicas, quod non poſsit in proprios ipſorum vſus redditus conuerti. [b] poſſunt nihilominus expendi in vſum illorum, qui Collegijs vtiles fuerint: cuiuſmodi ſunt Adminiſtratores, Concionatores, Lectores, Confeſſarij, Viſitatores, & alij Profeſsi, vel ſimiles perſonæ, quæ ſpirituali vel temporali Collegiorum huiuſmodi vtilitati vacãt. [c] Sine tali etiam cauſa poſſet expẽdi aliquid, quod exiguum ſit, cum quouis homine de Societate, menſa per diem aliquem eũ excipiendo, vel modicum quid viatici, cum per Collegia in hanc vel illam partem tranſit, vel quid ſimile donando. Quod enim tam eſt exiguum, vt nihilum ducitur; & ſcrupuli eximuntur, hinc quidem inhumaniter ſe habendi, inde vero contra Sedis Apoſtolicæ intentionem agendi.*

[a] Inf. c. 10 §. 1. & Exa. c. 1. §. 4. & p. 6. c. 2. §. 3. & p. 9. c. 3. §. 18. & c 4. §. 7. & D. & p. 10. §. 4.

[b] Inf. c. 10. A. & p. 6. c. 2. §. 3. & 4. & C.

[c] P. 6. c. 2. C. & D.

G ¶ *Quamuis*

bus alere poſſunt, ob maiorem populi ædificationem † nec pe- G
tantur eleemoſynæ, nec illæ, aut dona vlla oblata admittantur.' Si redditus minores fuerint, quam huic numero alendo ſufficiant; admitti quidem, non autem peti aliquæ eleemoſynæ poſſent; niſi tanta paupertate Collegium premeretur, vt etiam petere, ſaltẽ à quibuſdam, eſſet neceſſariũ. Tunc enim (maius diuinum obſequium & vniuerſale bonũ præ oculis ſemper habendo) peti eleemoſynæ, [a] immo & oſtiatim ad tempus, quandocunque neceſsitas id exigeret, emendicari poterunt.

*G ¶ Quamuis hoc ita ſe habeat, ſi tamen benefactores eſſent, qui poſſeſsionem aliquam vel redditum dare vellent, admitti illa poſſent; vt tanto maior numerus Scholaſticorum, ac præceptorum ad maius diuinũ poſſent obſequiũ ſuſtentari.*

a Exa.c.4. §.12.&27. & p.6.c.2. §.10.

## *DE SCHOLASTICIS QVI in Collegijs conſtituentur.*

### *Cap. III.*

b Supra procœ. & inf. c.11. §.1.& p.3.c.1.§.27.& p.10.§.4.

c Exa.c.1. §.10.& p.5.c.2.§.5.& p.10.§.4.

d Exa.c.2. §.6.& p.1.c.3.§.2.& G.

QVod ad Scholaſticos attinet, ad quorũ inſtitutionẽ [b] Collegia aſſumuntur, in primis 1
[c] quales eſſe debeãt, vt ad ea vel mittantur, vel admittãtur, cõſiderare in Domino oportebit.
[d] Primũ omniũ cũ aliquo ex quinq; illis impe- 2
dimentis in prima Parte dictis † nullus in Colle- A
gio aliquo Societatis inter Scholaſticos collocari poterit.' Et præter Coadiutores ad miniſteria vel auxi-

auxiliū Collegij [a] neceſſarios, reliqui huiuſmodi eſſe debent, [b] vt ſecundū rationem ſperari poſſit, idoneos ad vineā Chriſti Dn̄i Noſtri exēplo ac doctrina excolendā eſſe euaſuros. Hi autē quo magis ingenioſi, boniſq; moribus ornati, & ſani corpore ad ferēdos ſtudiorū labores fuerint, eo magis idonei, & citius ad Collegia mitti, vel in eiſdem admitti poſſunt.

3 Ad hæc, [c] illi ſolum in Scholaſticos approbatos admittūtur, qui in Domibus vel Collegijs ipſis probati fuerint, & [d] biennio in varijs experimentis & Probationibus exacto, [e] ac votis cum promiſſione de Societatis ingreſſu iam emiſſis, ad vitam in ipſa perpetuo ducendam ad gloriam Dei admittuntur.

4 Præter hos, ſtudia quibuſdā conceduntur, qui ante bienniū & Probationes huiuſmodi ad Collegia ex Domibus deſtinantur (quòd ſic in Domino expedire videatur) aut in eiſdem admittuntur, non tamē approbati Scholaſtici cenſentur, donec bien-
B nio exacto † & votis ac promiſſione illa emiſsis, ' in approbatorum numerum referantur.

*IN CAPVT III.*

DE SCHOLASTICIS, qui in Collegijs cōſtituentur.

A ¶ Q*Vando aliquis factus eſſet idoneus à Chriſti Vicario, vt in aliqua Domo Societatis manere poſſit; etiā idoneus eſſe intelligetur, vt in Collegijs habitet.*

B ¶ *Si in Collegijs Societatis, Scholaſticorum non ſuppeteret iu-*

a Inf. c. 10. §. 6. & p. 1. c. 2. §. 2. & A. & p. 3. c. 2. §. 7.

b Supra proœ. A.

c Exa. c. 1. §. 10. & c. 7. §. 1. & p. 5. c. 2. §. 5.

d Inf. c. 4. §. 5. & Exa. c. 1. §. 12. & c. 4. §. 41. & p. 5. c. 1. §. 3. & c. 4. §. 3.

e Inf. c. 4. E. & Exa. c. 1. §. 10. & c. 7. §. 1. & p. 5. c. 1. A. & c. 4. §. 4.

DE

iuſtus numerus, qui per promiſſionẽ, vel propoſitũ
[a] Inſ. c. 9. A. Deo in ea ſeruiendi ſe dedicauerint; [a] non repugnabit Inſtituto noſtro, ex licentia Præpoſiti Generalis, & ad tempus quod ei videbitur, alios pauperes Scholaſticos, qui tale propoſitum non habeant, admittere: dum tamen in eis impedimenta illa quæ in prima Parte dicuntur, non inueniantur; & huiuſmodi indolem præſeferãt, vt ſperari poſsit, quòd boni operarij vineæ Chriſti Domini Noſtri ſint futuri, propter ingenium, vel aliquam inſtitutionem in litteris, bonos mores, conuenientem ætatem, & alia Dei dona, quæ in eis cernerentur ad diuinum obſequium; quod ſolũ in iјs qui de Societate, & extra illam ſunt, expetitur. Huiuſmodi autem Scholaſtici in Confeſsionibus frequentandis, in ſtudijs, ac in forma viuendi Scholaſticis Societatis conformes eſſe debent; quamuis & ratio veſtitus diuerſa, & habitatio in eodem Collegio ſeparata ſit, ita vt qui Inſtitutum Societatis ſequuntur, ſeorſum, et non commixti alijs externis maneãt; cum eis tamen verſentur, quatenus ad maiorem ædificationem, ac maius Dei ac Domini Noſtri obſequiũ Superior expedire iudicauerit.

Quamuis autem noſtrorum copia ſuppeteret; tamen non repugnabit noſtro Inſtituto, ſi aliquis qui propoſitum Societatem ingrediendi non habeat, in Collegia admittatur; ſi pacta cum Fundatoribus inita id exigent: ſi quidem ad finem quem ſibi præfigit Societas, cum huiuſmodi conditionibus Collegium admittere vtile cenſebitur; uel ob cauſas alias raras, & non leuis momenti. Verum ſeorſum habitare hi, nec

con-

*conuerſari ſine facultate Superioris, niſi cum certis quibuſdam perſonis Societatis ad id deſignatis, deberent.*

*Paupertas autem Scholaſticorum, qui de Societate non ſunt, per Præpoſitum Generalem, vel eum cui ſuam ille poteſtatem communicauerit, expendetur. Et aliquando honeſtas ob cauſas, quamuis illi diuitum aut nobilium hominum filij ſint, modo ſuis viuant ſumptibus, nihil eſſe uidetur, cur admitti non poſſint.*

*AEtas conueniens fore à decimoquarto ad uigeſimumtertium annum uidetur, ſi in litteris progreſſum aliquem non feciſſent. Et in uniuerſum loquendo, quo pluribus donis ex ijs, quæ in Societate expetũtur, præditi eſſent, eo magis erunt idonei, ut admittantur. Nihilominus animaduertatur, ut cum huiuſmodi reſtrictiores, quàm laxiores ſimus: habeaturquē diligenter delectus eorum, qui ſunt admittendi, examine aliquo particulari cum eiſdem antequam recipiantur, utendo.*

*Aliqui licet rariores, poſſent inter noſtros, particulares ob cauſas, & Superioris iudicio efficaces, admitti.*

## DE SCHOLASTICIS ADMISSIS *conſeruandis.* Cap. IIII.

1 AD conſeruationem eorum qui in Collegijs ſunt, in ijs quæ ad corpus, & res externas attinent, quod in Tertia Parte dictum eſt, ſufficiet.

a P.3.c.2. §.1.& D. & E. & p. 6.c. 2.§. 16.

b P.10.§. 10.

ficiet.[a] Id tamen peculiari cura animaduertendum erit, vt temporibus valetudini corporis incommodis Scholaſtici non ſtudeant, vt ſomno quantũ tẽporis ſatis ſit, tribuant; & in laboribus mentis modũ ſeruent. Sic enim fiet, [b] vt diutius in illis perſeuerare tã in litteris addiſcẽdis, quàm in eiſdem exercendis ad Dei gloriam poſſint.

c Inf. c.6. §.3. & A.

d Inf. c 6. §.2.

Quod attinet ad ſpiritualia, eadem erit ratio 2
eorum qui in Collegijs, & qui in Domibus admittuntur, quandiu in Probationibus verſantur. [c] Poſt Probationem, cum ſtudijs vacant, vt eſt cauendum, ne feruore ſtudiorum intepeſcat ſolidarum virtutũ, ac religioſę vitę amor,
ita † mortificationibus, oratio- A
nibus, ac meditationibus prolixis eo tẽpore non adeo multum loci tribuetur.[d] Quandoquidem litteris dare operam, quæ ſyncera cum intentione diuini ſeruitij addiſcuntur, & quodammodo totum hominẽ requirunt, nõ minus, quam in illis verſari tempore ſtudiorũ, immo magis Deo ac Domino Noſtro gratum erit.

e Exa c.4. §.25. & p. 3. c. 1. §. 11. & Q & p. 6. c.3. §.2.

Itaque præter Sacramenta 3
Confeſſionis † ac Communio B
nis (ad quæ [e] octauo quoque die

## IN CAPVT IIII.

De Scholaſticis admiſſis conſeruandis.

A ¶ *SI in aliquo particulari Rector conuenire iudicaret plus eſſe in his rebus concedendum propter peculiares aliquas rationes; sẽper diſcretioni locus erit.*

B ¶ *Frequentius, quã octauo quoque die, communicare, non niſi*

die accedendum erit) & præter Miſſam, quã quotidie audient, horam vnam impendent recitãdo Beatiſsimæ Virginis officio, [a] ac examinandis bis quotidie ſuis cõſcientijs, cum alijs orationibus pro cuiuſque deuotione vſque ad prædictam horam explendam, ſi expleta non fuerit. Quæ omnia iuxta ordinationem ac iudicium Maiorum ſuorũ, [b] quibus Obediẽtiam Chriſti loco præſtare debent, facient.

4 Aliqui (cuiuſmodi eſſe poſsẽt Coadiutores illi, qui legere nõ didice-

*niſi peculiares ob cauſas, & potius neceſsitatis, quã deuotionis, habitaratione permittatur. Protrahere vltra octo dies non ſine ratione etiam ſpeciali licebit; propter quam poſsit etiam aliquando Miſſa intermitti; & in quibuſdam augeri, & minui præſcriptũ orationis tẽpus. Et hæc omnia Superioris prudentiæ relinquentur: quamuis vnius horæ plus minus tempus ad Beatiſsimæ Virginis preces recitandas aſſumendum ſit. In Scholaſticis tamen, qui ad dicendum officium diuinũ non tenentur, facilius ſuis temporibus hæc ratio commutari poterit, vt loco precum Beatæ Virginis, meditationes, & alia ſpiritualia exercitia ſuccedant; (dum tamẽ hora in illis compleatur) idque præcipue cum quibuſdam, qui cum vno modo in ſpiritu non proficiant, alio cum gratia Dei magis iuuabuntur, fiet; cum facultate tamen vel ordinatione Maiorum, quorum ſemper erit videre, num in quibuſdam propter particulares cauſas aliud magis conueniet,*

[a] Inf. §.4. & p.3 c.1. §.11.

[b] P.3.c.1. §.23.

*vt id*

*vt id fiat. Habenda autem erit ratio veræ deuotionis ipſorum, vel Fundatoris, & circunſtantiarum,*
a P.3.c.1. §.20.& R. *quæ ad perſonas, tempora, & loca pertinent.* [a] *Iis uero, qui inexperti ſunt adhuc rerum ſpiritualium, & in illis iuuari deſiderant, aliqua ad meditationem & orationem capita proponi poſſent, prout eis magis conueniret. Dū Miſſa dicitur, quādiu Sacerdos ſubmiſſe loquitur, vt populus non audiat quæ is dicit, nū Scholaſtici poſsint, nec ne, recitare partem precum ſuarum, ad quas horam habent deſignatam; Maiorū, vel Superiorum arbitrio id relinquetur; qui hominū, locorum, ingeniorum, & temporum habita ratione, quod ad maiorē Dei gloriam videbitur, prouidebūt.*

b P.3.c.1. §.20. *C ¶* [b] *Quod ad Coronam uel Roſariū attinet, doceātur quomodo cogitare uel meditari myſteria, quæ in eo cōtinentur, poſsint; quo maiori cum attentione et deuotione ſe in eo exercere ualeāt. Et quando qui legere didicerunt, fructum uberiorem in eo, quàm in precibus horarijs recitandis inuenirent; iam* [e] *diximus, quod in id, quod magis conferet,*

e Sup.B.

didicerunt) præter Miſſam, horam etiam vnam † recitando Roſario vel Coronę Beatæ Mariæ Virginis [c] cum duplici examine quotidiano, vel alijs orationibus pro cuiuſque deuotione, vt de Scholaſticis dictū eſt, impendent. C

c Sup.§3. & p.3.c.1. §.11.

d P.5.c.4. H. [d] Ad deuotionis augmentū, & ad excitandam qua Deo obſtricti ſunt obligationis memoriam, & ad maiorem ſtudentiū in ſua uocatione confirmationem S

D nem bis annis ſingulis, † in feſtis videlicet Reſurrectionis, E ac Natiuitatis, † ſimplicia Vota, quæ iuxta formulã in Quinta Parte, capite quarto dicendã emiſerũt, congruũ erit renouare. Et qui ea non emiſiſſet, [a] exacto biennio Probationis, vt in Examine proponitur, emittet.

6 Cũ ad publicas Scholas eundum erit (nam alia loca ſine facultate Superiorum non petent) F eant & redeant † inuicem aſſo-

*feret, illæ poterũt commutari.*

*D ❡ Si videretur Rectori cum Superioris facultate commodius fore alijs in feſtis ſolemnibus hanc Renouationẽ aliquando particulari aliqua ratione fieri, poſſet etiam fieri. Cum etiã de feſtis Reſurrectionis, & Natiuitatis loquimur; ſimul intra eius octauas, vel totidem dies ante feſta intelligatur.*

*E ❡ Quod autem promittit Scholaſticus in Societate, eſt, in eius corpus ingredi, vt ſtatim obſeruet Caſtitatem, Paupertatem, & Obedientiam actu, iuxta Societatis conſuetudinem; ſiue admiſſus ſit, vt poſt abſoluta ſtudia ſit Profeſſus, ſiue Coadiutor formatus: & ſic conſequenter poteſt illum ſtatim Superior admittere in Scholaſticũ, ac ſimul in Probationem ad hoc tantum, vt ad Profeſſorum gradum, vel Coadiutorũ ſuo tempore admittatur. [b] Hæc conſuetudo facit, vt quamuis Paupertatis votum ſit emiſſum, bona tamen temporalia haberi poſſint ad certum vſque tempus, quod Superiori intra Probationis ſpatium videbitur.*

*F ❡ Rectoris erit, [c] deſignare cuique ſocium, qui*

I *huiuſ-*

a Sup. c. 3. §. 3. & Exa. c. 1. §. 12. & c. 4. §. 41. & p. 5. c. 1. §. 3. & c. 4. §. 3.

b Exa. c. 4. §. 2. & 5. & p. 3. c. 1. §. 7. & F. & p. 6. c. 2. H.

c P. 3. c. 1. §. 3.

*huiuſmodi eſſe debebit, vt vterque alterius opera magis proficere poſſit.*

aſſociati' cum ea modeſtia interiori ac exteriori, quæ ad ſui & aliorum ædificationẽ conueniat: [a] & eorum colloquia cum Scholaſticis externis ſint ſolũ de rebus ad litteras vel profectum ſpiritus pertinentibus; prout ad maiorẽ Dei gloriam omnibus vtilius fore iudicabitur.

a P.7.c.4. §.8.

## *DE DOCTRINA, CVI SCHOLAſtici Societatis ſtudere debent.*

### *Cap. V.*

1 CVm [b] doctrinæ quæ in hac Societate addiſcitur, hic ſcopus ſit, ſuis & proximorum animis Dei fauore aſpirante prodeſſe; hæc erit in vniuerſum, & in particularibus perſonis menſura, ex qua quibus facultatibus addiſcendis noſtri incumbere, & quouſque in eis progredi debeat, ſtatuatur. [c] Et quia generatim loquẽdo, † Litteræ Humaniores' diuerſarum linguarum, Logica itidẽ, naturalis ac moralis Philoſophia, Metaphyſica, & Theologia tã quæ Scholaſtica, quàm † quæ [e] Poſitiua dicitur,' B &

A

b Supra proœ. & inf. c.6. §. 1.& c. 12. §.1.

c Inf. c. 6. §.5.&c.12. §.2.& 3. &C.

d Inf. c.12. A.

e Inf.c.12. §.1.&c.14. §.1.&C.

*IN CAPVT V.*

De profectu in litteris.

A ¶ *S**Vb** [d] Litteris Humanioribus Rhetorica etiam præter Grammaticã intelligenda eſt.*

B ¶ *Si in Collegijs tempus non ſuppeteret ad Concilia, Decreta, Doctores ſanctos, et res alias morales legendas; poſtquàm ex eis egreſsi fuerint, vnuſquiſq;*

*priua-*

& ſacra Scriptura ad id iuuant; C † harum facultatum ſtudijs operam dabunt qui ad Collegia mittuntur;' & quidem maiori cum diligentia illis vacabunt, quæ ad finem prædictũ, habita ratione temporis, loci, & perſonarũ, &c. [a] ſupremus Moderator ſtudiorũ magis in Domino conuenire iudicabit.

2 Ad particulares perſonas deſcendendo, D † quid hi, [b] vel illi addiſcere debeãt, Superiorum prudentiæ relinquetur:' [c] qui tamẽ indole ingenij præditus eſſet, quo in dictis facultatibus ſolidius fundamẽtum iaceret, eo rem vtiliorem faceret.

3 De [d] tempore alicui ex his ſcientijs impendẽdo, & quãdo ad ulteriores ſit progrediendum, Rector adhibita examinatione conuenienti conſiderabit, & ſtatuet.

4 [e] Sequantur in quauis facultate ſecuriorẽ & magis approbatam

*priuato ſtudio cũ approbatione ſuorum Superiorũ id poſſet efficere; præſertim ſi in doctrina Scholaſtica ſolida iecerit fundamenta.*

C ¶ *Iuxta modum ætatis, ingenij, propenſionis animi & inſtitutionis in litteris vniuſcuiuſque, vel communis boni quod ſperaretur, poſſet in his omnibus facultatibus, vel aliqua, aut pluribus earum quis exerceri: qui enim in omnibus non poſſet, curare deberet vt in aliqua earum excelleret.*

[a] Inf. c. 17. §. 2.

[b] Inf. c. 13. §. 4. & Exa. c. 7. §. 3.

[c] Inf. c. 13. §. 4.

[d] Inf. c. 13. §. 4. & c. 15. §. 1. & Exa. c. 7. §. 3.

[e] Inf. c. 14. §. 1. & p. 3. c. 1. O. & p. 8. c. 1. k.

D ¶ *Aliqui ad Collegia mitti poſſent, non quòd ſperetur doctos eos eſſe euaſuros, iuxta eum modum de quo dictum eſt; ſed potius, vt alios ſubleuent; cuiuſ-*

a Inf. c.6. C. *modi eſſet aliquis* [a] *Sacerdos ad audiẽdas Confeſſiones, & cæt. Et hi, ac alij, in quibus* [b] *propter ætatem* C
b Inf.c.13. E. *prouectiorem, vel alias cauſas ſperari non poteſt, quòd in omnibus his facultatibus magnum facturi ſint progreſſum; conueniet vt iuxta Superioris præſcriptum in ijs ſtudijs quibus vacare poterunt, occu-*
c Inf. c. 8. §. 4. & D. *pentur; & in linguarum peritia, & in ijs* [c] *quæ ad doctrinam Confeſſionibus vtilem pertinent; et demũ in ijs quæ ad commune animarum bonum commodiora ſunt futura, proficere curent.*

d Inf.c.14. batam doctrinam,† & eos[d] auctores, qui eam docent: cuius rei penes Rectorẽ (qui, [e] quod E
e Inf.c.14. §.3. ſtatuetur in vniuerſa Societate ad maiorem Dei gloriam, ſequuturus eſt) cura ſit.

E ¶ *In libris ethnicis litterarum humaniorũ nihil quod honeſtati repugnet prælegatur; Reliquis vt ſpolijs Aegypti Societas vti poterit. Chriſtianorum opera quamuis bona eſſent, ſi tamen malus fuerit auctor, legẽda non ſunt; ne ad auctorem aliqui afficiantur. Et conuenit, ad particularia deſcendendo, qui libri ſint prælegendi tam in humanioribus, quàm in alijs diſciplinis, qui vero prælegi non poſſint, conſtituere.*

## *QVOMODO IVVENTVR SCHOLAſtici ad has facultates bene addiſcendas.*

### *Cap. VI.*

VT autem Scholaſtici plurimum in his facultatibus proficiant; in primis animæ puritatem I

ritatem cuſtodire, ac rectam ſtudiorum intentionem habere conentur; nihil aliud in litteris, quã diuinam gloriam & [a] animarum fructum quærentes; & in ſuis orationibus gratiam, vt in doctrina proficiant ad hunc finem, crebro petant. [a] Supra prœ. & c. 5. §. 1. & Inf. c. 12. §. 1. & c. 16. §. 4.

2 Præterea [b] ſerio & conſtãter animum ſtudijs applicare deliberent; ſibique perſuadeant, nihil gratius ſe Deo facturos in Collegijs, quàm ſi cũ ea intentione, de qua dictum eſt, ſtudijs ſe diligenter impendant. Et licet nunquam ad exercenda ea quæ didicerint, perueniant; illum tamen ſtudendi laborẽ ex Obedientia & charitate (vt par eſt) ſuſceptum, opus eſſe magni meriti in cõſpectu diuinæ ac ſummæ Maieſtatis, apud ſe ſtatuant. [b] Sup. c. 4. §. 2.

3 Impedimenta etiam remoueantur, quæ à ſtudijs animũ

A auocant, † tam [c] deuotionum ac mortificationum, 'quæ vel nimiæ vel ſine ordine debito ſuſcipiuntur, quam curarum

B † & exteriorum occupationũ, quæ Domi in officijs domeſticis,' [c] Sup. c. 4. §. 2. & A.

## *IN CAPVT VI.*

Quomodo iuuentur Scholaſtici ad has diſciplinas bene addiſcendas.

*A ¶ Hoc in genere dictũ ſit. Ceterum ſi alicui neceſſarium eſſe, vt deuotioni & mortificationi incumberet, videretur; relinquetur Superioris prudentiæ, vt ſtatuat quantum in ijs progredi oporteat.*

B ¶ [d] *Adiuuare eos, quibus huiuſmodi officia ope-* [d] Inf. c. 10. H.

 *roſa*

cis,'& foris in colloquijs,† Cō- C
feſſionibus,atq; alijs erga proximos functionibus' aſſumuntur : quatenus ab eis declinari in Domino poterit. Eſt enim conſultum,quo alijs poſtea vtiliores cū doctrina quam didicerint,ſe prębeant, huiuſmodi exercitia (licet pia) donec [b] ſtudia ſint abſoluta,differri: quandoquidem nō deerunt alij, qui ea interim exerceāt. Et hæc quidem omnia maiori cum deſiderio obſequij & gloriæ diuinæ fiant.

In diſciplinis ordo ſeruandus eſt; vt prius in Latina Lingua ſolidum iaciant fundamentum, quàm Artium liberaliū, & in ijs, antequam Theologiæ Scholaſticæ, & quidem in hac, antequàm Poſitiuæ ſtudijs ſe dedant. Sacræ Scripturæ vel eodem tempore vel poſtea addiſci poterunt. 4

† Lin-

*roſa commiſſa ſunt, aliqua hora, nihil prohibet. [a] Verū onus ipſorum officiorum ſumere, potius Coadiutorū eſt, qui ad Scholaſticos ſubleuādos in Collegijs conſtituentur.*

[a] Inf.C.& Exa.c.6.§.3.& p.1.c.2.§.2.&A.

[b] Inf.c.8.§.1.& c.10.§.10.

*C ¶ Ea de cauſa, in ijs qui ad Sacros Ordines promoti non sūt, congruū erit ſi promotio differatur, ne impedimentū ipſis præſtet, donec ad finem ſtudiorū accedant: neceſſitatis tamē ſæpe occurrentis ratione diſpēſari aliquando opus eſt.*

*Huiuſmodi erga proximos functiones aliqui qui ſtudia ſua iā abſoluerint, [c] vel ad id ipſum mittūtur ad Collegia, explere poterunt: ſicut etiam ad domeſtica officia Collegij obeunda, quæ maiorem occupationem*

[c] Sup.c.5.D.

*ſecum*

D 5 † [a] Linguæ vero illæ in quibus ſcriptæ vel verſæ fuerunt, prius aut poſterius, vt Superiori pro varietate cauſarum occurrentium, ac diuerſitate perſonarum videbitur, diſci poterunt. Itaque hoc eius prudentiæ relinquetur. Sed ſi linguarum ſtudio noſtri vacant, inter cetera ad quæ diſcentium intentio feratur, illud ſit, vt uerſionē ab Eccleſia approbatam defendant.

E 6 † Scholaſtici omnes lectiones publicorum Profeſſorum iuxta Rectoris Collegij arbitrium

*ſecum afferunt, eſſe aliquos oportet, qui primaria intētione ſtudiis non vacent: [b] cuiuſmodi ſūt Coadiutores Tēporales, [c] vel aliqui qui Probationis, & non ſtudij gratia in Collegijs agunt.*

[a] Sup.c.5. §.1.& inf. c.12. §. 2. & B.& c. 13.§.4.

[b] Sup. B.

[c] Exa.c.4. §.13.

*D ¶ Conuenit in Theologiæ facultate eſſe ad gradum aliquem promotos, vel in ea mediocriter eruditos, & qui Doctorum ſanctorum, & Eccleſiæ Deciſiones intelligant; vt illis linguarum ſtudium vtile ſit, & nihil noceat. Verum ſi aliqui tam humiles & in fide firmi cernerentur, vt à ſtudio linguarum nihil incommodi eis timeretur, diſpenſare Superior poterit, vt ei ſtudio quando ad commune vel particulare bonum conueniet, ſe dedant.*

*E ¶ Si in aliquo aliud conueniret, Superior ſua prudentia id conſiderabit; & diſpenſare poterit. Et quod de publicis lectionibus dicitur, priuatas, cum neceſſariæ vel vtiles Domi vel extra Collegia fuerint, non excludit.*

trium audiant:' † qui quidem F
Profeſſores [a] ſiue de Societate
illi ſint, ' ſiue externi, [b] optan-
dum eſt, vt docti, diligentes, &
aſsidui, & profectus ſtudentiũ
tam in lectionibus, quàm in
alijs litterarijs exercitationi-
bus ſtudioſi ſint.

Bibliotheca communis, ſi fie 7
ri poteſt, in Collegijs habea-
tur; cuius clauis illis qui iuxta
Rectoris iudicium habere de-
bebunt, tradatur. Præterea G
† quiſq; libros qui neceſſarij ei
fuerint, habebit.'

Scholaſtici in audiendis le- 8
ctionibus ſint aſsidui, & in eis
præuidēdis diligētes, & † poſt- H
quàm eas audierint repetēdis.
ijs quæ nō intellexerint inter-
rogan-

*F ¶ Nullus de Societate ſine approbatione & facultate Præpoſiti Prouincialis (præterquàm in claſſibus inferioribus, vel ad tēpus neceſsitatis gratia) publice legat. Qui [c] tamē talentum ad id ſortiti, ac præſertim, qui iam ſtudijs perfūcti sūt, in prælegendo (ſi res maioris momenti aliud non exigerent) poſſent exerceri.*

[a] Inf.c.13. B.
[b] Inf.c.12. §.1.2.&3. & c. 13. §.3.
[c] In.§.18. & c.9.§.2.

*G ¶ Quamuis hoc ita ſe habeat, ſcribere tamen in eis non debent. Conſtet vero eorum ratio ei, qui Bibliothecæ Præfectus eſt.*

*H ¶ Quod [d] ad repetitiones attinet, curet Rector, vt certis quibuſdam horis in ſcholis vel Domi fiant, vno quidem repetente, & alijs audientibus; & quæ difficilia occurrerint mutuo proponētibus; et ſi quid erit, de quo conſtituere inter ſe non poſsint, Magiſtrum adeant. [e] Curabit etiam, vt diſputationes &*

[d] Inf.c 13. §.3. & D.
[e] Inf.c.13. §.3. & A.

*reli-*

I rogãdis,'†alijs [a] vero quę oportuerit adnotandis;' quò in poſterum memorię defectui conſulatur.

9 Rector autem Collegij id curę habeat, vt videat, nũ Magiſtri, & diſcipuli ſuum in Domino officium faciant, nec ne.

10 Cũ perutilis ſit (præſertim Artiũ, ac Theologię Scholaſticæ ſtudioſis) diſputãdi vſus; interſint Scholaſtici ordinarijs Scholarum, ad quas accedunt (licet non ſint ſub cura Societatis) diſputationibus; & ſingulare ſui ſpecimẽ in doctrina præbere, modeſte tamen, curent. Conuenit etiam ſingulis Dominicis, vel aliquo alio die hebdomadæ in Collegio noſtro aliquem ex quauis Claſſe Artium & Theologiæ ſtudioſorũ a Rectore deſignatum a prandio (ſi aliqua ex cauſa peculiari impedimentum nõ accideret) aliquas poſitiones tuendas ſuſcipere; quę pridie eius diei ſub veſperum valuis Scholarũ (quo ad diſputandum vel audiendũ, qui vellent, conuenirent) eſſent affi-

*reliquæ exercitationes ſcholaſticæ, quæ iuxta modum diſciplinarum, quæ tractantur, conuenire iudicabuntur, non omittantur.*

[a] Inf. §.16. & M.&O.

*I ¶ Videant Superiores, num cõueniat Scholaſticos claſsium inferiorum libros papyraceos habere vt ſcribant in eis lectiones, & inter lineas & ad marginem, quod oportebit, annotent. Prouectiores in humanioribus litteris & alijs facultatibus chartam ſecũ ferant, ad ea quæ audierint, vel eis occurrerint notatu digna annotanda; ac poſtea maiori cum*

*cum ordine digeſta transferēt in libros papyraceos, quæ in poſterum conſeruata velint.*

K ¶ *De*

affigendæ; quibus breuiter ab eo qui reſponſurus eſt, confirmatis, argumentari ex externis vel domeſticis liceat cuicumq; libuerit [a]: aliquis tamen præſit oportet, qui argumentantes dirigat; & ex ea concertatione eliciat declaretque ad audientium vtilitatem doctrinã, quæ tenenda ſit; qui ſignum etiam det finiendi ijs qui diſputant, ac tempus ſic diſtribuat, vt omnibus, quoad eius fieri poterit, diſputandi locus detur.

a Inf. c. 13. § 3.

Præter hæc duo diſputationum prædictarum genera, quotidie aliquod tempus deſignandum, quo in Collegijs [b] præſidente aliquo, vt diximus, diſputetur; vt ea ratione & ingenia magis exerceantur, & difficilia quæ in his facultatibus occurrent, magis ad Dei gloriam elucidentur. 11

b Inf. c. 13. § 3.

Qui Litteris Humanioribus vacant, ſua etiam ſtata tempora ad conferendum & diſputandum de ijs quæ pertinent ad ſtudia illa [c], coram aliquo, qui eoſdem dirigere poſſit habebunt: & Dominicis, vel alijs cõſtitutis diebus, alternatim vel ſuæ facultatis poſitiones a prandio tuebuntur, vel ſe in componenda ſoluta oratione, aut carmine exercebunt; ſiue id ex tempore, propoſito ibidem themate, ad explorandam promptitudinem fiat; ſiue Domi compoſita, de re prius propoſita illic publice legantur. 12

c Inf. c. 13. § 3.

† Omnes a

13 †Omnes[a] quidem, ſed præci
k pue Humaniorum Litterarum
ſtudioſi latine loquantur com-
muniter, ' & memoriæ quod à
ſuis Magiſtris pręſcriptum fue
L rit, commendent, †ac [b] ſtylum
in compoſitionibus diligenter
exerceant; ' nec deſit qui eiſdẽ
corrigendis operam ſuam im-
pendat. Licebit etiam non-
nullis iuxta Rectoris arbitriũ
[c] præter eos auctores qui pre-
leguntur, quoſdam etiam alios
priuato ſtudio legere: [d] & ſin-
gulis hebdomadis die aliquo
deſignato vnus ex prouectiori-
bus à prandio orationem lati-
nam aut græcam de re aliqua
ad ædificationem domeſtico-
rum & externorum pertinẽte,
qua ad perfectiora in Domino
animentur, habeat.
14 Pręterea Artium & Theolo
giæ ſtudioſi potiſsimum, ſed
& reli-

*k ¶ De repetitionum, & diſputationum, & latine loquẽdi exercitationibus, ſi quid propter circunſtantias locorum, temporum, & perſonarum mutari debeat; hoc indicandum prudentiæ Rectoris (facultate à ſuo Superiore ſaltẽ in genere accepta) relinquetur.*

*L ¶ Vt Scholaſtici magis in ſtudijs promoueant, bonum eſſet aliquos eruditione pares deſignare, qui ſancta æmulatione ſe inuicem prouocent. Iuuerit etiam interdum mittere ad Præpoſitũ Prouincialem, vel Generalem aliquod ſuorum ſtudiorum ſpecimen, nunc huius, nunc illius, vt compoſitionum, ſi Litterarum Humaniorum, vel concluſionum, ſi Philoſophiæ vel Theologiæ ſtudioſi fuerint.*

a Inf. c. 13. §. 3.
b Inf. c. 13. §. 3. & c. 16. §. 3.
c Inf. §. 16.
d Inf. c. 16. §. 3.

Con-

*Conferet etiam in memoriã eis reducere, quòd, cum ad Domos venerint, ſtudijs abſolutis, in omnibus facultatibus quibus operã dederint, ſunt examinandi.*

[a] Inf. §. 16.

*M ¶ [a] In hoc priuato ſtudio poſſent (ſi Rectori videretur) commentarium aliquẽ videre. Quã diu autẽ audiũt, fere vnus, & is quidẽ ſelectus eſſe deberet. [d] Poſſent etiam ſcribere quod profuturum magis cenſeretur.*

[b] Inf. c. 17. §. 7.

[c] Exa. c. 7. §. 2.

[d] Sup. §. 8. & inf. §. 16. & O.

*N ¶ Si aliquis non aptus ad ſtudia, ſed ad alia miniſteria idoneus videretur; poſſet intra Collegia*

[e] Inf. c. 15. §. 2. & 3.

[f] Sup. §. 13. & M.

& reliqui † ſuum habeant priuatum ſtudium & quietũ: quo melius & exactius ea quæ tractata ſunt, intelligant. M

15 Vt reprimi oportet quorundam curſum plus æquo concitatum in ſtudijs; ita mouendi, incitandi, & animandi ad ſtudia ſunt alij, quibus id neceſſarium eſt: quod vt melius præſtare poſſit Rector, intelligat oportet per ſe, & per aliquem alium cui [b] Syndici, vel Viſitatoris Scholaſticorum curã ipſe dederit, quomodo Scholaſtici ſuum officium faciant.

N † Quòd [c] ſi animaduerteret aliquem in ſtudijs tempus inutiliter terere, quod nolit aut certe non poſsit progreſſum in litteris facere; expedit illum ab eis remouere, & eius loco aliũ, qui ad ſcopum diuini ſeruitij in Collegijs præfixum magis proficiat, conſtituere.

16 [c] Abſoluto ſtudio alicuius facultatis, eandẽ priuatim repetere conueniet, auctorẽ vnũ aliquẽ, vel plures, [f] quã prius, iuxta Rectoris arbitrium legẽdo.

do. Poterit auté ex ijs quæ ad eam facultaté pertinent, ſi eidé Rectori viſum fuerit, † in ſcripta breuius, diſtinctius, & accuratius redigere ea, [a] quæ prius in lectionum decurſu ſcripſerat, cum minori doctrina prçditus erat, quam peracto ſtudiorum curriculo.

O

17 Suis [c] conſtitutis temporibus ſe ad publicos actus examinationum ac reſponſionū præparent; & ad gradus conſuetos, qui per diligentem examinationem digni inuenientur, promoueri poterunt. [e] Loca tamen certa, vt ab omni ambitionis ſpecie atque ab alijs affectibus parum temperatis recedant, quamuis ea in Vniuerſitate vbi gradum accipiunt dari ſoleant, non accipiant; ſed ſimul omnes extra numerum ſe conſtituant; nec ſumptus, qui pauperes non deceant, in gradibus huiuſmodi faciāt; ad quos ſine humilitatis detrimento, non ob aliud, quàm vt poſſint proximis ad Dei gloriam eſſe vtiliores, promoueri debēt.

[a] Num

*legia vel Domos Societatis in ijs occupari, quæ conuenire viderentur: ſi ad vtrumque [b] inutilis eſſet, & in Scholaſticū fuiſſet admiſſus, dimitti à Societate poſſet: nihilominus [d] æquū erit, vt Rector re bene conſiderata, ad Prouincialē vel Generalē id referat; et quod ſibi præſcriptū fuerit, exequatur.*

*O ¶ Huiuſmodi ſcripta fieri nō debēt niſi ab ijs qui maiori doctrina & clariori ingenio & iudicio pollent: & reliqui horum labore frui poterunt. Conueniret etiā à Magiſtro*

*ea*

[a] Sup. §. 8. & I.

[b] P. 2 c. 2. §. 3.

[c] Inf. c. 15. §. 2. & 3.

[d] P. 2. c. 1. C.

[e] Inf. c. 15 §. 4. & P. 10. § 6.

18 [a] Num autem his qui iam ſtudiorum ſuorum curſum peregerunt, prælegere priuatim vel publice ad ſuam vel aliorũ vtilitatem conueniat; penes Superiorem id erit iudicium, qui quod magis in Domino expedire videbitut, ſtatuet.

a Sup. F. & inf. c. 9. §. 2.

b Sup. §. 8. & M.

*ea approbari. Alij annotationibus Præceptoris iuuari poſſēt, [b] & ſuis etiã notatu dignioribus. Conferet autē ad vſũ, vt ſuas notas in margine, & indicem præterea habeant rerum de quibus in huiuſmodi ſcriptis agitur; vt facilius inueniri poßit quod quæritur. Et quamuis huiuſmodi libelli rerum excerptarum, vel propriorũ conceptuũ, vel alia ſcripta quælibet fiant; [c] intelligi tamen oportet, à nemine librum vllum ſine examinatione et approbatione ſpeciali Præpoſiti Generalis, vt dictum eſt, publicari debere.*

c P. 3. c. 1. §. 18. & p. 7. c. 4. §. 11.

## *DE SCHOLIS COLLEGIORVM Societatis. Cap. VII.*

d Supra proœ. & c. 3. §. 1. & c. 11. §. 1. & p. 3. c. 1. §. 27. & p. 10. §. 4.

1 HAbita [d] ratione non ſolũ profectus in litteris Scholaſticorum noſtrorum, ſed etiá profectus in litteris & moribus externorũ, quos in noſtris Collegijs inſtituendos ſuſcepimus, † Scholæ publicæ, vbi cō- A
mode id fieri poterit, aperiantur, ſaltem in diſciplinis humanio-

*IN CAPVT VII.*

De Scholis Collegiorum Societatis.

A ¶ *PRæpoſiti Generalis*

B manioribus. † In grauioribus autem diſciplinis pro locorũ in quibus Collegia fuerint ratione,' ſemper quid Deo gratius ſit ante oculos habendo, aperiri poterunt.

2 [a] Teneatur in huiuſmodi Scholis is modus, quo externi Scholaſtici in ijs quę ad doctrinam Chriſtianã pertinẽt, bene inſtituantur; [b] cureturque quoad eius fieri poterit, vt ſingulis menſibus ad Sacramentũ Confeſsionis accedant, & verbum Dei frequenter audiant; & demum [c] cum litteris mores etiã Chriſtianis dignos hauriant. Et quia in particularibus multũ varietatis eſſe oportebit, pro varietate locorum, & perſonarũ ſingula perſequi non eſt huius loci. Id tamen dictum ſit,

C † in quouis Collegio [d] Regulas, quæ

*ralis erit, vbi huiuſmodi Scholæ habendæ ſint, ſtatuere.*

B ¶ *Et etiã iuxta quòd commode id poterit Societas. Noſtra tamen mens hæc eſſet, vt in Collegijs communiter Literæ Humaniores ac linguarũ, & doctrina Chriſtiana, & ſi opus eſſet, lectio aliqua de caſibus conſcientiæ prælegeretur: ſi vero ſit, qui commode concionetur, aut Confeſſiones audiat, id etiam vt fiat; & de ſcientijs ſuperioribus non agatur; ſed ad eas addiſcendas ab his Collegijs, ij qui in Humanioribus Litteris profecerint, ad Vniuerſitates Societatis mittantur.*

C ¶ *Ex Regulis Collegij Romani, alijs quod cuique conueniet accomodari poterit.*

D ¶ *Ad*

[a] Inf. c.16. §.2.

[b] Inf. c 16. §. 1. & A.

[c] Inf. c.8. A.

[d] Inf. c. 13. A & c. 17. §. 3. & D. & E. & procœ. declar.

*D ¶ Ad hoc vbi Corrector haberi poterit, habeatur: vbi non poterit, excogitetur modus, quo caſtigentur, vel per aliquem ex ipſis Scholaſticis, vel alia conuenienti ratione.*

*E ¶ Vbi Præpoſitus Generalis vel Societas cură ſuſciperet alicuius Vniuerſitatis, non repugnaret huius Cōſtitutionis intentioni, vt ſeſe ex conſequenti obligaret ad lectiones illius ordinarias, quamuis inter illas aliquæ Theologicæ eſſent.*

quæ ad omnia neceſſaria deſcē dant, conſtitui debere.' Hoc tamen commendatum hoc loco volumus, † ne [a] externis Scholaſticis correctio, quoad illis opus erit, deſit;' quæ tamē per aliquem de ipſa Societate exercenda non erit. D

a Inf. c. 16. §. 5.

Cũ [b] tam proprium ſit noſtræ Profeſſionis, nullum temporale præmium accipere pro ſpiritualibus miniſterijs, in quibus iuxta noſtrum Inſtitutum in proximorum auxilium occupamur; non conuenit vllā Collegij dotationem admittere, per quam ad dandum Cō cionatorem, aut Confeſſariū, †aut Lectorē aliquem Theologiæ, Societas obligetur.' E Quāuis enim æquitatis & gratitudinis ratio nos ad ſeruiendum cum maiori diligētia in dictis miniſterijs, quæ noſtri Inſtituti ſunt propria, moueat, in Collegijs quæ maiori cum liberalitate & deuotione fundata ſūt; nō tamen ſunt recipiendæ obligationes vel conditiones, quæ ſynceritatem impediant noſtri in procedendo modi, qui eſt, dare 3

b Inf. c. 15. §. 4. & c. 17. §. 3. & F. & Exa. c. 1. §. 3. & c. 4. §. 27. & p. 6. c. 2. §. 7. & G. & p. 7. c. 4. §. 4. & B. & p. 10 §. 5.

gratis

gratis, quæ gratis accepimus: quamuis pro eorũ ſuſtentatione, qui communi bono Collegiorum ſeruiunt, vel propter illud ſtudent, dotatio quam Fundatorum charitas aſſignare ad gloriam diuinam ſolet, admittatur.

## *DE SCHOLASTICIS INSTItuendis in ijs quæ ad proximos ſuos iuuandos pertinent. Cap. VIII.*

1 SCopum illum intuendo ad quem ſtudia Societatis diriguntur, [a] ſub ipſorum finem cõgruum erit vt ad arma ſpiritualia in proximorũ auxilium tractanda aſſueſcere incipiant. [b] Quãuis enim id proprie magis & diutius in Domibus fiat, poterit tamen in Collegijs inchoari.

[a] Sup. c. 6. §. 3. & C. & inf. cap. 10. §. 10.

[b] P. 3. c. 1. §. 20. & p. 7. c. 4. §. 10.

2 Primum illi qui iuxta Superioris iudicium ad ſacros Ordines erunt promouendi, in ratione Miſſæ dicendæ, vt præter intelligentiam & deuotionem internam, decentem etiam habeant exteriorem modum ad audientium ędificationem, inſtituantur; [c] & cerimonijs eiſdem omnis Societas, quantum fieri poteſt, vtatur: in quibus vſum Romanum vt magis vniuerſalem, & quem peculiari quadam ratione Sedes Apoſtolica amplexa eſt, quantum patietur regionum varietas, ſequetur.

[c] Exa c. 5. §. 7. & p. 8. c. 1. §. 8.

3 In [d] cõcionibus etiã, & † ſacris lectio-

[d] Inf. c. 10. §. 10. & Exa. c. 4. §. 25. & p. 3. c. 1. §. 21. & p. 10. §. 3.

*IN CAPVT VIII.*

De Scholaſticis inſtituendis in ijs quæ ad proximos ſuos iuuandos pertinent.

A ¶ I*Nter legen*

lectionibus eo modo proponē-dis, [a] qui ædificationi populi conueniat (qui à Scholaſtico diuerſus eſt) ſe etiam exerceāt; ſtudeantque ad id munus obeundum linguam populo vernaculam bene addiſcere. † Res etiam alias vidiſſe oportet, & præ manibus habere, quæ ad hoc officium vtiliores futuræ ſunt; ac demum vt melius & cum maiori fructu animarum id munus obeant, † omnibus medijs vtantur quibus commode iuuari poſſint. B C

† In

*gendum, præter interpretationē, aduertēdū eſt vt aliqua quæ [b] ad mores & vitam Chriſtianam iuuent, attingantur. [c] Et hoc fiet etiā in claſsibus Collegij; multo vero impenſius, cū populo prælegitur.*

a P.7.c.4. §.6.

b Sup.c.7. §.2.

c Inf.c.16. §.4.

B ¶ *Conferet vidiſſe Euāgelia toto anno occurrentia, peculiari ſtudio adhibito, quod ad concionandi rationem deſtinetur; & aliquid ex ſacra ſcriptura, vt populo prælegatur: præuidiſſe etiam quod ad vitia pertinet, & in eorum deteſtationem inducit, & remedia eiſdem applicanda; ſicut e contrario quæ ad præcepta, ad virtutes, ad bona opera pertinēt; tū ea quæ mouere poſsint ad illa amāda, & media etiā ad eadē conſequēda: & hæc in compendiū, ſi fieri poteſt, redacta vtiliora eſſe ſolent; ne tā multis libris op⁹ ſit.*

C ¶ *Huiuſmodi media ſunt, vidiſſe præceptiones quas de modo concionandi illi tradunt qui bene hoc munus obierunt; & bonos audire concionatores, & ſe in concionibus Domi aut in monaſterijs exercere, bonum habere correctorem, qui de erroribus admoneat*

4 In [a] miniſterio etiã Sacramentorũ D † Confeſſionis,' & Cõmunionis ſeſe exerceãt; & non ſolum quod ad ipſorum, ſed etiã quod ad pænitentium, & communicantium officiũ pertinet, vt bene ac vtiliter ad Dei gloriã ea percipiãt, & frequentẽt, per ſpectũ habere, ac exequi curẽt.

5 E † Ad [b] exercitia ſpiritualia alijs tradẽda, poſtquam quiſq; in ſe ea fuerit expertus, aſſueſcant,

*neat tũ in rebus quæ dicuntur, tũ in voce, tonis, geſtibus, & motibus. Reflectat & ipſe conſideratione ad ea quæ dixit; quo magis vndecunque iuuetur.*

*D ¶ In Confeſſionibus præter ſtudium Scholaſticum, & Caſuum conſcientiæ, præſertim Reſtitutionis, conueniet compendium aliquod Caſuum, & Cenſurarum, quæ reſeruantur, habere (vt videat quo pertingat ipſius iuriſdictio) & ſimul formulas quæ minus vſitatæ ſunt quarũdam abſolutionũ quæ occurrunt; ac breuem interrogandi methodũ de peccatis, & eorum remedijs; & inſtructionem ad bene ac prudenter in Domino ſine damno ſuo, & cum proximorum vtilitate hoc officium exercendum: & aliqua Confeſſione audita, præſertim in principijs, Confeſſarius apud ſe conſideret, num in re aliqua defecerit; vt in poſterum caueat.*

*E ¶ Poſſẽt ad exercitia alijs tradẽda aſſueſcere, nonnullis ea tradẽdo, in quibus minor iactura eſſe poſſit, ſi quid erretur; & conferre cũ aliquo magis exercitato ſuũ procedẽdi modũ, bene annotando quod magis vel minus conuenire deprehenderint. Cum vero exer-*

[a] Sup. c. 5. D. & inf. c. 10. §. 10. & p. 7. c. 4. §. 5. & C.

[b] Inf. c. 10. §. 10. & p. 7. c. 4. §. 8. & F.

*citiorũ ratio redditur, non ſolum id agatur, vt alijs ſatisfiat, ſed etiam vt in illis deſiderium excitetur vt eiſdem iuuari velint. In vniuerſum autẽ loquendo, quæ ad primam hebdomadam pertinent, tantum tradantur. Quando vero omnia tradentur, raris hominibus, vel qui de vitæ ſuæ ſtatu deliberare velint, tradi oportebit.*

a Sup.c.7. §.2.& inf. C.10.§.10.

F ¶ *Iuuerit etiã in compendium redactam habere explicationẽ rerum ad fidem & vitã Chriſtianam neceſſariarum.*

b P.10. §.3.

G ¶ *Aliud etiã com-*

ſcant; & dent operam omnes, vt & eorum reddere rationẽ,' & in hoc armorum ſpiritualiũ genere tractãdo (quod Dei gratia ad ipſius obſequium tantopere conferre cernitur) dexteritatem habere poſſint.

6 † Studium [a] etiam congruũ in modo tradendæ doctrinæ Chriſtianæ,' qui ſit captui puerorum ac rudium accommodatus, adhibeatur. F

7 Vt in ſuperius dictis proximi ad bene viuendum iuuantur; ita curandũ eſt, vt ea † quæ ad bene moriendum illis conferunt, percipiantur;' quique modus in eo tempore, in quo tantum eſt momenti ad finem vltimum æternæ felicitatis cõſequendum, vel ab ea excidendũ, teneri debeat, intelligatur. G

8 [b]In vniuerſum loquẽdo, edoceri eos conuenit, quem modũ tenere oporteat huius Societatis operarios, qui in tam varijs mundi regionibus, cumque tã diuerſis hominum generibus verſari debent, anteuertendo incommoda quæ poſſint accidere:

dere:

dere: & emolumenta, quæ ad maius Dei ſeruitium conferunt, captando; omnibus rationibus adhibitis, quæ poſſunt adhiberi. Et quamuis hoc ſola vnctio ſācti Spiritus, & ea prudentia quam communicare ſolet Dominus illis qui in diuina ſua Maieſtate confidunt, docere poſſit; via ſaltem aliquo modo quibuſdam documentis quæ iuuent, & ad effectum diuinæ gratiæ diſponant, aperiri poteſt.

*compendium de modo iuuandi ad bene moriendum vtile erit: vt memoria renouetur quando ſanctum hoc officiū exercendum erit.*

## *DE SCHOLASTICIS à ſtudio litterarum educendis. Cap. IX.*

1 A † EX Collegijs nonnulli propter cauſas in ſecūda Parte dictas, & modo inibi explicato educuntur; ' vt alij qui ad diuinum ſeruitium magis proficiant, eiſdē ſuccedant. Eadē ſiquidē in hac parte Domorū, & Collegiorū eſt ratio.

2 Aliqui etiam aliquādo educentur, quòd ipſis ad maiorem in ſpiritu vel in litteris profectum

## *IN CAPVT IX.*

De Scholaſticis à ſtudio litterarū educendis.

A ¶ A [a] *Lÿ educūtur poſt ſeptem annos, ÿ videlicet qui ad Collegia admiſsi ſunt ad id tēpus, abſq, eo quòd conſtituerint ingredi Societatem, quēadmodum dictum eſt. ſed tamen diſpenſari in tempore ſeptem annorum, idque prorogari poſſet; cum* a Sup. c. 3. B.

*huiuſmodi Scholaſtici exemplo vitæ ſuæ, magnæ ædificationis eſſent; ita vt vel magnum Dei obſequiũ ab eis expectaretur, vel vtiles eſſe Collegio viderentur.*

ctum alio transferri, vel quòd ad vniuerſale bonum Societatis conueniat; [a] vt accideret, ſi, qui Artium curriculum in aliquo Collegio emenſus eſſet, vt eaſdem alibi prælegeret, ante Theologię ſtudiũ educeretur. Et idem dictum ſit, ſi qua in re alia ad maius Dei obſequium & gloriam eſſent occupandi.

a Sup.c.6. §.18.& F.

IN Communis autem modus educendi Scholaſticos ex Collegio aliquo, vbi omnes prædictæ ſcientiæ traduntur, tunc erit; [b] cum quiſque ſtudia ſua iam abſoluerit, peracto Artium curriculo, & quatuor annis Theologiæ ſtudio impenſis. Et ſub huius temporis finē [c] ſuarum eſſe partium Rector intelligat, Præpoſitum Generalem, vel Prouincialem admonere, & quantum hi profecerint, referre; ac poſtmodum quod ei præſcriptum fuerit ad Dei gloriam exequetur. 3

b Inf.c. 15.§.2.& 3.& B.& p.5.c.2.§. 2.& B.

c Inf.c 10. §.5.

d Sup.c.2. §.5.& C. & p. 10. §.4.

## DE GVBERNATIONE Collegiorum. Cap. X.

S[d] Vpremam curam vel ſuperintendentiam Collegiorum iuxta Sedis Apoſtolicæ Litteras Profeſſa Societas habebit. Cum enim [e] quidquã priuatæ vtilitatis ex redditibus quærere, vel in ſuum vſum conuertere non poſſit; eſt valde probabile 1

e Sup.c.2. §.5.& C. & Exa. c. 1.§.4.& p. 6.c.2.§.3. & p.9.c.3. §.18.& c. 4.§.7.& p. 10.§.4.

babile quòd maiori cum puritate ac ſpiritu conſtantius ac diuturnius procedet in ijs quæ ad bonum regimen Collegiorum ad maius Dei ac Domini Noſtri obſequium prouideri conuenit.

2 Præter [a] id autem quod ad Conſtitutiones,& diſſolutionem, vel alienationem huiuſmodi Collegiorum pertinet, vniuerſa poteſtas & adminiſtratio,&, vt in genere dicatur, huius ſuperintendentiæ executio penes [b] Præpoſitum Generalē erit; qui finem illum ad quē Collegia & Societas tota contendit, præ oculis habens, melius quid eiſdem conueniat, intelliget.

3 Per [c] ſe ergo, vel per alium cui ſuam facultatem communicauerit in hac parte, Præpo-
A ſitus Generalis Rectorem † vt præſit cuicunque Collegio, aliquem ex Coadiutoribus Societatis conſtituet; qui [e] Præpoſito Prouinciali, vel cui Generalis præſcripſerit, rationem ſibi aſſignati muneris reddet. Et penes eundem erit Præpoſitum Rectorem amouere, talique cura, prout ei conuenientius in Domino videbitur, liberare.

4 Curandum [f] eſt autem vt ille cui Rectoris officiū imponitur,

## *IN CAPVT X.*

De gubernatione Collegiorum.

A ¶ [d] *HOC non prohibet, quin Profeſſus aliquis ad viſitādas vel reformandas alicuius Collegij res miſſus, manere in eo poſſet, vel omnibus alijs ad tēpus præeſſe, vel aliter; vt magis con-*

[a] Sup.c.2. §.3.& inf. c.11.§.2.& p.8 c.2.§. 2.& p.9.c.3.§.5.& 18.

[b] Sup.c.2. §.5.& C. & p.9.c.3. §.1.& 3.

[c] Sup.c.2. §.5.& inf. c.17.§.1. & p.9.c.3. §.3.& 14. & 15.

[d] Sup.c.2. F.& p.6. c.2.§.3.

[e] Sup.c.2. §.5.& p.9. c.3.§.4.& 15.& C.

[f] Inf.§.8. & p.8.c.1. §.3.

*cõuenire ad Collegij, vel ad vniuerſale bonum videretur.*

nitur, magni ſit exempli, magnæ ædificationis, magnæ etiã mortificationis in omnibus prauis inclinationibus, & in Obedientia præcipue, ac humilitate probatus; qui donum etiam diſcretionis habeat, ad gubernandum idoneus, in rebus agendis verſatus, in ſpiritualibus exercitatus ſit; qui ſeueritatem ſuo tempore & loco cum benignitate miſcere nouerit; qui ſolicitus, qui patiens laborũ, qui etiam in litteris eruditus ſit; & demum eiuſmodi, cui confidere, cuique ſuam poteſtatem tuto communicare Præpoſiti Superiores poſsint: [a] quandoquidem quo hæc poteſtas maior erit, eo melius regi Collegia ad maiorem Dei gloriã poterunt.

a P.2. c.1. §.2. & B. & p.9. c. 6. §.2. & p.10. §.8.

B ¶ [b] *Sicut curare, vt obſeruẽtur omnino Conſtitutiones, ita & in eiſdem diſpenſare (quãdo eam fuiſſe mentem illius qui eas condidit, in re aliqua particulari iudicaret iuxta euentus rerum, & neceßitates, maius commune bonum intuen*

5 Rectoris officium erit, in primis oratione & ſanctis deſiderijs totum Collegium velut humeris ſuis ſuſtinere: Deinde curare † vt [c] Conſtitutiones obſeruẽtur; omnibus Collegialibus cum omni ſolicitudine inuigilare, [d] eoſdemque ab ijs quæ nocere poſſint Domi & foris, defendere; tũ præueniendo, tum etiam, ſiquid mali accideret, remedium adhibendo, vt ad ſingulorum & vniuerſale bonum conuenit; vtque B

b P.9.c.3. D.

c P.6.c.1. §.1.& c.5. & p.9.c. 3.§.8.& c. 6.A.& p. 10.§.13.

d P.3.c.1. §.11.

vtque in virtutibus & litteris proficiant, curando; [a] ſanitatē
C eorum, † & bona etiam Collegij tam ſtabilia, quàm mobilia conſeruando;' eos qui officia gerant domeſtica, prudenter conſtituendo; & quomodo ſuis fungantur officijs, conſiderando; & prout in Domino conuenire iudicabit, velin eiſdē miniſterijs detinendo, vel ab ijſdem remouēdo. Et generatim loquendo, curet vt quæ in ſuperioribus capitibus dicta ſunt, quæ quidē ad Collegia ſpectant, obſeruentur. [c] Memor ſit etiam ſubordinationis integre obſeruandæ in Obedientia, non ſolum ad Generalem, ſed ad Prouincialē quoque; certiorem eum de quibus oportet, reddendo, ad eumque referendo quæ maioris erunt momenti; & quæ ab ipſo iniuncta fuerint (quandoquidem ipſum Superiorem habet) exequēdo; vt æquum eſt ad ſe referri, ſibique Obedientiam præſtari ab ijs qui in Collegio degunt: qui quidem Rectorem ſuum magnopere reuereri ac venerari, [d] vt qui Chriſti Domini Noſtri vices gerit, debebunt; [e] liberam ſui ipſorum rerumq; ſuarum diſpoſitionem cum vera Obedientia
D ipſi relinquendo: † nihil [f] ei clauſum,' ne conſcientiā quidem

*intuendo) ad Rectorem, accepta à ſuis Maioribus poteſtate, pertinebit.*

C ¶ *Ad ea quæ dicta ſunt, reducitur cura conueniens amicos conſeruandi,* [b] *& ex aduerſarijs beneuolos reddendi.*

D ¶ *Res clauſa intelligitur ianua, vel arca, &c.*

E ¶ *Ido-*

a Sup. c. 2. §. 5.

b P. 10. B.

c P. 8. c. 1. §. 4. & p. 10. §. 9.

d P. 3. c. 1. § 23. & p. 6. c. 1. §. 1. 2. & 3. & p. 7. c. 2. §. 1. & A. & I. & p. 8. c. 1. D. & p. 9. c. 3. §. 20.

e P. 3. c. 2. §. 1. & p. 7. c. 2. §. 1. & I.

f Exa. c. 4. §. 34. & cet. & p. 3. c. 1. §. 12. & p. 6. c. 1. § 2.

dem propriam, tenendo, quam ei aperire (vt in Examine dictum eſt) ſuis cōſtitutis temporibus, & ſæpius, ſi cauſa aliqua id poſceret, oportebit; [a] non repugnãdo, non contradicendo, nec vlla ratione iudicium proprium ipſius iudicio contrarium demonſtrando: vt per vnionem eiuſdem ſententiæ & voluntatis, atque per debitam ſubmiſſionem, melius in diuino obſequio conſeruentur, & progrediantur.

a P.3.c.1. §.23.& p. 6.c.1.§.1.

6 Ad bonam Domus gubernationem nō ſolum [b] numerum neceſſarium officialium Rector prouideat; ſed † vt idonei ſint, quoad eius fieri poterit, ad ſuas functiones, curet:' E † cuiq; [c] ſuas Regulas, F vbi, quę ad ſingulorum officia pertinent, contineãtur, tradat:' & ne ſe hic in illius officiū ingerat, videat. Præterea, vt eis proſpicere de ſubſidio, ſi neceſſarium id fuerit, debebit; ita [d] cū tempus vacuum illis fuerit, vt vtiliter illud impendant diuino ſeruitio, curet.

7 Inter officiales Rectori neceſſarios, in primis Miniſter idoneus, qui Vicerector vel Magiſter Domus ſit, & omnibus quæ ad bonum vniuerſale pertinent, prouideat, eſt deligēdus.

b Inf. §. 7. & H. & Sup.c.3.§. 2.& p.1.c. 2. § 2. & A. & p. 3. c.2.§.7. & H.

c Proœ. de cla & p.7. c.4 §.12.

d P.3.c.1. §.6.

*E ¶ Idonei sūt intelligendi habita ratione tū ſufficientiæ perſonarum; tum occupationum. Quæ enim officia multum occupationis ſecum ferūt, valde occupatis in alijs rebus minime cōuenirēt: & quia quibuſdam experiētia vt bene fiant neceſſaria eſt; non facile mutari deberent.*

*F ¶ Ex Regulis cuique*

dus.[a] Syndico etiam ad exte-
G riora obſeruanda, † & aliquo
[b] qui rebus ſpiritualibus ſuper-
intendat, & [c] duobus alijs, vel
pluribus,' quorum prudentiæ
& probitati multum confidat,
opus eſt: vt cum eis de ijs quæ
difficiliora, & ad Dei gloriam
maiorem communicanda vide
H buntur, conferre poſſit. † [d] Sũt
& alij ad particularia officia
neceſſarij.'

8 Curet Rector, [e] vt in ſuo of
ficio cuique integram Obediē-
tiam Collegiales præſtent, &
alij officiales Miniſtro, & ſibi
etiam ipſi, prout idem præſcri
pſerit. Illud in vniuerſum ad-
monuiſſe conuenit, [f] eos qui
curam aliorũ ſuę Obedientię
ſubditorum habent, pręire eiſ-
dem exemplo Obedientię, quã
ſuis Superioribus Chriſti loco
ipſimet pręſtent, oportere.

9 Ad [i] omnia conferet tem-
poris ordo in ſtudijs, orationi-
bus, Miſſis, lectionibus, cibo,
ſomno, & in reliquis ſeruatus:
I † & ſignum cõſtitutis horis de
tur,' quo audito omnes ſtatim
vel

*cuique videndæ
eſſent ſingulis
hebdomadis illæ,
quæ ad ipſũ per-
tinent.*

G ¶ *Si tanta
non eſſet copia
hominum, vnus
plura officia ſu-
ſtinere poſſet. Sic
Miniſter, & Su-
perintendens di-
ctus curam ha-
bere poſſent eo-
rum quæ ad Re-
ctorem vel No-
uitios pertinent,
& cæt.*

H ¶ [g] *Sic eſſe poſ
ſet qui ſcriberet,
Ianitor, Sacri-
ſta, Cocus, Lo-
tor,* [h] *Alia offi-
cia minus opero-
ſa poſſent inter
Scholaſticos diui
di, ſi alij non eſ-
ſent qui ea poſſẽt
exercere.*

I ¶ *Signum da-
bitur*

a Inf. c. 17. §. 7. & p. 3. c. 1. §. 16.
b P. 3. c. 1. §. 12.
c Inf. c 17. §. 1. & p. 9. c. 6. §. 14.
d Sup. §. 6.
e Exa. c. 4. §. 31. & p. 3. c. 1. §. 24. & p. 10. §. 9.
f Sup. §. 4.
g P. 1. c. 2. A. & p. 3. c. 2. H.
h Sup. c. 6. B.
i P. 3. c. 2. §. 2. & B.

a P.6.c.1. §.1.

*bitur per campanam, quæ pulſabitur, vt ſe recipiant ad ſomnū, & ad menſam, &c.*

*K ¶ Si conuenire non videbitur ad ædificationē, vel ob aliquam aliā cauſam ſufficientem, vt Rector ipſe legat; re cum Prouinciali communicata, ſi eiuſdem ille ſententiæ fuerit, per alium id munus obire poterit.*

b Sup. c. 8.§.3.4.5. & 6.

c Sup.c.6. §. 3. & C. & c.8 §.1.

*L ¶ Conſtitutiones quæ ad Collegia pertinent, ſeorſum teneri, & publice bis aut ter ſingulis annis legi poſſent.*

*DECLA-*

vel [a] imperfecta littera relicta
ad id ad quod vocantur ſe con
ferant. Erit autem penes Recto
rem, vel eum qui primas tene-
bit, id curæ; vt videat, quando
hæ horæ pro temporum, vel
aliarū cauſarum occurrentium
ratione mutandæ ſint: & quod
ipſe ſtatuerit, obſeruetur.

† Rector ipſe legere, aut do- 10
cere Chriſtianam doctrinam k
quadraginta dies debet.' [b] Vi-
deat etiam, qui ex Collegiali-
bus, & ad quem vſque limitem
Domi & foris in colloquijs,
ſpiritualibus exercitijs traden-
dis, Confeſſionibus audiendis,
tum etiam in concionibus, vel
lectionibus, vel doctrina Chri-
ſtiana tradenda, partim ad ip-
ſorum exercitationem ([c] præ-
cipue ſub finem ſtudiorū) par-
tim ob aliorum domeſticorū,
vel externorum fructum alijs
ſe communicare debeant: † & L
in omnibus quod ſenſerit diui-
næ ac ſummæ bonitati gra-
tius,' & ad ipſius obſequiū ac
gloriam maiorē, omnibus per-
penſis, prouideat.

DE-

## DE VNIVERSITATIBVS in Societate admittendis. Cap. XI.

1 EAdem [a] charitatis ratio qua Collegia admittuntur, & publicæ Scholæ in eis, non tantū ad noſtrorum, ſed magis etiam ad externorum ædificationem in doctrina & moribus, tenentur, extendi poterit ad Vniuerſitatum curam ſuſcipiendam; vt in eis hic fructus extendatur, latiuſque pateat tā in Scientijs quæ traduntur, quàm in hominibus qui ad eas conueniunt, & gradibus ad quos promouentur; vt alijs in locis cum auctoritate docere poſſint, quod in his bene ad Dei gloriam didicerint.

a Supra proœ. & c.3. §.1. & c.7. §. 1. & p.3. c.1. §. 27. & p. 10. §.4.

2 Quibus [b] tamen conditio-
A nibus † & obligationibus, quibuſque in locis huiuſmodi Vniuerſitates admitti debeant, ei qui ſupremam curam Societatis habet, iudicandum relinquitur: qui Aſſiſtentium ſibi auditis ſententijs, & aliorum [c] quos in conſilium adhiberi volet, per ſe ipſum deliberare poterit an ſint admittendæ.

b Supra proœ. A. & c.2. §.2. & p.9. c.3. §.17.

c Sup. c.2. §.2.

*DECLARAtiones* Conſtitutionū circa Vniuerſitates.

*IN CAPVT XI.*

A ¶ C*Vm Fūdator à Societate aſſignari certum Lectorum numerum, vel alias obligationes ſuſcipi vellet; animaduertendum eſt quòd ſi admittātur, iudicando vtile etiam tunc eſſe Societati ad finem pro-*

a Sup c.2. §.3. & c. 10.§.2. & p.8. c 2.§. 2.& p.9 c. 3.§. 5.& 18.

*propoſitum diui ni ſeruitij id one ris ſubire, omni no in eis implen dis deeſſe non o portet; ſicut nec facile aliquid in hac parte præ ter id ad quod obligantur (præ ſertim ſi id in terpretari quis poſsit quaſi no ua induceretur obligatio) præ ſtandum eſt ſine Generalis con ſenſu.*[b] *Ille autẽ non ſe facilẽ ad id concedendum reddet: quin po tius, re in conſul tationem cũ ſuis Aſsiſtentibus adducta, videat ne Societatem grauet: & ſiqua in re indulgeatur, conſtet obligationem nul lam induci; ſed id quod additur, omnino volunta rium eſſe.*

b Sup.c.2. B.

tendæ.[a] Non tamẽ, poſtquàm admiſſę fuerint, ſine Congregatione generali per eum diſſolui poterunt.

Quia tamen religioſa quies, 3
& ſpirituales occupationes nec animi diſtractionem, nec alia incommoda, quæ iudicandi in rebus ciuilibus vel criminalibus officium ſequi ſolent, Societati permittunt; iuriſdictio huiuſmodi quã per ſe uel per alios à ſe depẽdentes exercere debeat Societas, non admittatur: quamuis ad ea † quę ad B
bonum ſtatum Vniuerſitatis proprie pertinent,' conueniat Iuſtitię ordinarię, ſiue ſecularis ſiue eccleſiaſticę, miniſtros circa punitionem Scholaſticorũ, voluntatem Rectoris Vniuerſitatis ſibi ſignificatam exe C qui,

c Inf.c.16. § 5. & D.

B ¶ [c] *Ad bonum Vniuerſitatis ſtatum proprie pertineret, ſi Scholaſticus aliquis rebellis, vel ſic offendiculi cauſa alijs eſſet, vt non ſolum Scholis eum, ſed etiam*

C qui, † & generatim res ſtudioſorum fauore ſuo, pręſertim cũ à Rectore fuerint commendatę, promouere.'

*etiã ciuitate expelli, vel in carcerem conijci cõueniret; vt certiores facti iuſtitiæ ordinariæ adminiſtratores, id ſtatim exequerentur. Et ad hoc & ſimilia à Principe vel à ſuprema poteſtate, huiuſmodi facultatis ſcriptum habere teſtimonium oportebit. Vt commendatio etiam Rectoris in alicuius Scholaſtici fauorem momentum apud eoſdem iuſtitiæ miniſtros haberet, ne Scholaſtici opprimerentur, oporteret.*

C § *Quoniam exemptio ab ordinarijs Iudicibus, Scholaſticorum numerum allicere non poteſt; alijs prærogatiuis & priuilegijs vt id compenſetur, curandum eſt.*

## *DE SCIENTIIS QVAE TRADENDÆ ſunt in Vniuerſitatibus Societatis. Cap. XII.*

1 CVm [a] Societatis atq; ſtudiorum ſcopus ſit, proximos ad cognitionem & amorem Dei, & ſalutẽ ſuarum animarũ iuuare; cumq; ad eum finẽ, mediũ magis proprium ſit facultas Theologię; in hanc potiſſimum Societatis Vniuerſitates incumbent; [b] ac diligenter per idoneos admodũ Pręceptores, quę ad Scholaſticam doctrinam, & ſacras Scripturas pertinent, [c] ac etiam ex Poſitiua, quę ad hunc finem nobis pręfixum conueniunt (non attingendo tamen eam partem Canonum,

[a] Supra procœ. &c. 5. §. 1. & c. 6. §. 1. & Exa. c. 1. §. 2. & p. 7. c. 1. §. 1 & p. 10. § 2.

[b] Sup. c. 6, §. 6. & inf. c. 13. § 3.

[c] Sup. c. 5, §. 1 & B. & inf. c. 14 §. 1 & C.

num,

IN CAPVT XII.

a Sup.c.5. A.

A ¶ *SVb [a] Litteris Humanioribus præter Grammaticã intelligatur quod ad Rhetoricam, Poeſim, & Hiſtoriam pertinet.*

b Sup.c.5. §.1.& c.6. §.5.& inf. c.13. §.4. & B.

c Sup.c.6. §.6.& inf. c.13. §.3.

B ¶ *Cũ in aliquo Collegio, vel Vniuerſitate eo ſpectaretur, vt homines ad Saracenos vel Turcas iuuandos præpararentur; Arabica lingua vel Caldaica conueniret; cum ad Indos, Indica; et ſic de alijs dicendũ, quæ eſſe poſſent alijs in regionibus ob ſimiles cauſas, vtiliores.*

d Sup.c.5. §.1.

e Sup.c.6. §.6.& inf. c.13. §3.

C ¶ *Tractabitur Logica, Phyſica,*

num, quæ foro contentioſo inſeruit) pertractabunt.

Et quia tam doctrina Theo- 2
logiæ, quàm eius vſus exigit
(his præſertim temporibus)
† [b] litterarum humaniorum, A
& Latinæ, ac Græcæ, & Hebrai
cæ Linguæ cognitionem; harũ
etiam [c] idonei Profeſſores, &
quidem iuſto numero, conſti-
tuentur. † Aliarum præterea B
linguarũ, qualis eſt Caldaica,
Arabica, & Indica, vbi neceſſa
riæ vel vtiles ad dictum finem
viderentur, habita regionum
diuerſarum, & cauſarum quę
ad eas docendum mouent, ra-
tione, poſſent Præceptores con
ſtitui.

[d] Sic etiã quoniam † Artes, 3
vel Scientiæ naturales ingenia C
diſponunt ad Theologiam, &
ad perfectam cognitionem &
vſum illius inſeruiũt, & per ſe-
ipſas ad eundem finem iuuãt;
qua diligentia par eſt, & [e] per
eruditos Præceptores, in omni
bus ſyncere honorem & glo-
riam Dei quærendo, tracten-
tur.

Medi-

4 Medicinæ, & Legum ſtudiũ vt à noſtro Inſtituto magis remotũ, in Vniuerſitatibus Societatis vel non tractabitur, vel ſaltem ipſa Societas per ſe id oneris non ſuſcipiet.

DE

*ſica, Metaphyſica, Moralis ſcientia, & etiam Mathematicæ, quatenus tamen ad finẽ nobis propoſitum conueniũt.*

*In legendo & ſcribendo alios inſtituere, opus etiam charitatis eſſet; ſi is perſonarum numerus Societati ſuppeteret, vt omnibus vacare poſſet: propter earum tamẽ penuriã hoc ordinarie docere nõ conſueuimus.*

## *DE MODO ET ORDINE prædictas facultates tractandi.*

## *Cap. XIIII.*

1 AD tractanda tam facultatum inferiorum, quam Theologiæ ſtudia, diſpoſitio & ordo conueniens tã mane quàm veſperi ſeruandus eſt.

2 Et quamuis † pro regionum,
A & temporum diuerſitate in ordine, & ſtatutis horis ſtudio tribuendis, poſſit varietas accidere; omnes tamen in eo conueniant, vt ubique fiat, quod inibi magis expedire ad maiorem in litteris profectũ exiſtimabitur.

3 Nec ſolum lectiones ſint, quæ

## *IN CAPVT XIIII.*

A¶ D[a] E ſtatutis lectionum horis, ordine, ac modo, & de exercitationibus tã compoſitionũ (quas à Magiſtris emẽ a Sup.c.6. H.

L dari

quæ publice prælegantur; ſed † a Magiſtri etiam diuerſi B
pro captu & numero audientium conſtituantur:' † qui quidem

*dario oportet) quā diſputationū in omnibus facultatibus, & pronunciādi publice orationes & carmina, ſpeciatim* [b] *in quodam tractatu per Generalem Præpoſitū approbato agetur ſeorſum, ad quem hæc Conſtitutio nos remittit; id duntaxat monendo, illa locis, tēporibus, & perſonis accommodari oportere; quamuis ad illum ordinem accedere, quoad fieri poteſt, conueniat.*

a Sup. c. 6. §. 6. & c. 12. §. 1. 2. & 3.

b Sup. c. 7. §. 2.

B ¶ *Tres ordinarie erunt præceptores in tribus diuerſis Grammaticæ claſſibus; quartus Humaniores Litteras, quintus Rhetoricam prælegat:* [c] *et in horū duorum claßibus Græca lingua, & Hebraica, & ſi qua alia diſceretur, eſt prælegēda; ita vt ſemper ſint quinque claſſes. Quod ſi tantum negotij aliquæ ipſarum exhiberent, vt vnus Magiſter eis ſolus non ſatisfaceret, adiutor aliquis ei adiūgetur. Si vero auditorū numerus ferre non poterit, vt vnus præceptor ſolus omnibus det operam, quamuis alios auxiliares habeat, geminari poſſet claßis ea, quæ ſic numero abundaret; ita vt duæ (verbi gratia) quintæ claſſes, duæ quartæ eſſēt;* [d] *& omnes præceptores, ſi fieri poteſt, ex Societate ſint: quamuis, ſi neceßitas vrgeret, externi eſſe poſſent. Si exiguus numerus, vel auditorū diſpoſitio nec tot claſſes, nec tot præceptores exigeret, in omnibus prudētia ad moderandū numerū, et eos dūtaxat qui ſatis ſint, deſignandos locū habebit.*

c Sup. c. 12. §. 2.

d Sup. c. 6. §. 6.

C ¶ *An præter præceptores ordinarios, qui ſpeciatim*

dem [a] profectũ vniuſcuiuſq; ex ſuis Scholaſticis ſpeciatim procurent, & lectionũ rationem exigant; † vtque eæ [b] repetãtur, & ſtudioſi Litterarũ Humaniorum [c] familiarem ſermonem, latine communiter loquendo, [d] & ſtylum, ſcribendo, ac pronunciationem, compoſita bene pronũciando expoliãt, curent; & his, ac multo magis facultatum ſuperiorũ ſtudioſis crebras [e] diſputationes imponãt; quibus dies & horæ certæ conſtituantur; vbi non ſolũ cum condiſcipulis, verum paulo inferiores cũ aliquanto prouectioribus diſputẽt in ijs quæ ipſi capiunt: quod etiã vice verſa prouectiores cũ minus prouectis, ad ea quæ illi tractant deſcendendo, & Præceptores alij cum alijs præſtabunt, ſemper qua decet modeſtia obſeruata; & [f] aliquo præſidẽte, qui contentionem dirimat, & quid doctrinę elici oporteat ex diſputatis, declaret.

D *tim auditorũ rationem habeant, eſſe vnum oporteat, vel plures, qui more publicorum Profeſſorum legant Philoſophiam, Mathematicas ſcientias, vel quãuis aliam diſciplinã, maiori cum apparatu, quam Lectores ordinarij; prudentia id conſtituet, iuxta locorum, & perſonarum cum quibus agitur, rationem; præ oculis maiorem ædificationẽ, & Dei ſeruitium habendo.*

*D ¶ Non ſolũ [g] repetiones ultimæ*

4 Erit itidẽ Rectoris, per ſe, vel per [h] Cancellariũ ſemper obſeruare, vt qui noui accedũt, examinẽtur; & in ijs claſſibus, cumque ijs Pręceptoribus,

[a] Sup. c. 6. §. 6.
[b] Sup. c. 6. H.
[c] Sup. c. 6. §. 13.
[d] ibidem §. 13. & inf. c. 16. §. 3.
[e] Sup. c. 6. H.
[f] Sup. c. 6. §. 10. 11. & 12.
[g] Sup. c 6. §. 8. & H.
[h] Inf. c. 17. §. 2.

qui ipſis conueniunt, collocentur: [a] & eius diſcretioni (audita ſententia eorum, qui ad id munus deſignati ſunt) relinquetur, num diutius in eadem claſſe manere, an ad aliam ulterius progredi debeant. † Eiuſdem [b] erit iudicium de ſtudio linguarum, præter Latinam, num Artibus, & Theologiæ anteponi, an poſtponi, & quã diu in eis quemq; hærere oporteat. Sic etiam in alijs ſcientijs ſuperioribus propter ingeniorum & ætatum inæqualitatẽ, aliaque conſideratione digna, ad [d] eundem pertinebit expendere, quantum quiſque eas diſcere, & quandiu in eiſdem uerſari debeat: quamuis ij [e] qui ætate & ingenij aptitudine pollent, melius ſit, ut in omnibus proficere, & conſpicui eſſe ad Dei gloriam enitantur. E

5 Vt aſsiduitas in litterario exercitio, ſic & aliqua remiſsio ne-

*mæ lectionis fieri oportebit, verum & hebdomadæ, & longioris temporis prout expedire iudicabitur.*

E ¶ *Poſſet [c] aliquis ea ætate vel ingenio eſſe, vt ſola latina lingua ei ſufficiat, & ex alijs facultatibus quantum ad Confeſsiones audiẽdas, & agẽdum cum proximis opus eſt; cuiuſmodi ſunt aliqui qui curam animarũ gerũt, nec magnæ eruditionis ſunt capaces. Alij rurſum erũt, qui ad ſuperiores ſcientias progredientur. Has autem capeſſere, et illas relinquere quatenus conueniat, Superioris erit iudicare; quod cum Scholaſticis externis ſignificauerit, ſi volẽt illi nihilo minus*

a Sup.c.5. §.2. & 3. & D. & inf. c.15. §.1. & A.

b Sup.c.6. §.5. & D. & c.12. §.2. & Exa. c.7. §.3.

c Sup.c.5. D.

d Sup.c.5. §.2. & C. & D. & Exa. c.7. §.3.

e Sup.c.5. §.2.

F neceſſaria eſt. † Quanta hæc eſſe debeat, & quibus tempori
C bus,' prudenti conſiderationi Rectoris, expenſis circunſtantijs perſonarum & locorum, relinquetur.

*minus aliam rationem ſequi, cogendi non erunt.*

*F ¶ Saltem ſingulis hebdomadis dies vnus à prădio quieti deſtinatus ſit: in reliquis conferatur cum Prouinciali, qui ordo in vacationibus, vel intermiſsionibus ſtudiorum ordinarijs ſit tenendus.*

## DE LIBRIS QVI prælegendi ſunt. Cap. XIIII.

I G[a] Eneratim (ut dictũ eſt, cum de Collegijs ageretur) illi prælegẽtur libri, qui in quauis facultate ſolidioris ac ſecurioris doctrinæ habebuntur.
A † Nec illi ſunt attingendi, quorum doctrina, uel auctores ſuſpecti ſint.' Hi tamen particulatim in quauis Vniuerſitate nominentur.

In Theologia legetur uetus & nouum

## IN CAPVT XIIII.

*A ¶ Quamuis liber ſuſpitione malæ doctrinæ vacet, cũ tamen ſuſpectus eſt auctor, legi eum non conuenit. Solet enim opus in cauſa eſſe, vt qui legit, ad auctorem aſficiatur: & auctoritas quam apud ipſum habet in ijs quæ bene dicit, poſſet poſtmodum aliquid perſuadere ex ijs quæ male dicit. Rarum eſt etiam aliquid veneni non admiſce*

a Sup.c.5. §.4. & p.3.c.1.O. & p.8.c.1, k.

*ri in ijs quæ à pectore veneni pleno egrediuntur.*

a Sup. c.5. §. 1. & c. 12. §. 1.

B ¶ *Prælegetur etiam Magiſter ſententiarũ. ſed ſi videretur temporis decurſu alius auctor ſtudẽtibus vtilior futurus, vt ſi aliqua ſumma vel liber Theologiæ Scholaſticæ conficeretur, qui his noſtris temporibus accommodatior videretur;*

b Sup. c.5. E.

nouũ Teſtamentũ, † & doctrina Scholaſtica Diui Thomæ;' † & in ea, a quam Poſitiuam vocant, eligentur ij auctores,' qui ad ſcopum noſtrum magis conuenire videbuntur. B C

b Quod attinet ad libros Humaniorum Litterarũ Latinos, vel Gręcos, abſtineatur in Vniuerſitatibus quoque, quemadmodũ in Collegijs, quoad eius fieri poterit, ab eis iuuentuti prælegendis, in quibus ſit aliquid, quod bonis moribus nocere queat; † niſi prius à rebus, & verbis inhoneſtis purgati ſint.' a D 1

*In graui cum conſilio & rebus diligenter expenſis per viros qui in vniuerſa Societate aptiſsimi exiſtimentur, cumque Præpoſiti Generalis approbatione, prælegi poterit. In alijs etiam ſcientijs et Litteris Humanioribus, ſi libri aliqui admittentur in Societate compoſiti, vt vtiliores quàm alij qui communiter in manibus habentur; magna cum conſideratione id fiet, præ oculis habendo ſcopum noſtrum maioris boni vniuerſalis.*

C ¶ *Vt ex aliqua parte Iuris Canonici, & Conciliorum, &c.*

D ¶ *Si aliqui omnino purgari non poterunt, quemadmo-*

3 In Logica, & Philoſophia Naturali, & Morali, & Metaphyſica, doctrina Ariſtotelis ſequẽda eſt; & in alijs Artibus liberalibus, & in cõmentarijs tam huiuſmodi auctorũ, quã Humaniorũ Litterarum, habito eorum delectu, nominentur ij, quos videre diſcipuli, quoſque ipſi Præceptores præ alijs in doctrina quam tradunt, ſequi debeant. [a] Rector autem in omnibus quæ ſtatuerit, procedet iuxta id, quod in vniuerſali Societate magis conuenire ad Dei gloriam iudicabitur.

*admodum Terẽtius; potius non legantur: ne rerũ qualitas animorum puritatẽ offendat.*

a Sup.c.5. §.4. & E.

## DE CVRSIBVS, ET *gradibus. Cap. XV.*

1
A IN Litteris Humanioribus, & linguis † curſus tẽporis limitatus ad earum ſtudium abſoluendũ eſſe nequit, propter ingeniorum & doctrinæ auditorum varietatem, multaſque alias cauſas; quæ non aliam temporis præfinitionem, quã quæ vnicuiq; conuenire [b] iuxta prudentis Rectoris, uel Cancellarij arbitrium videbitur, permittunt.

2 In Artium ſtudio curſus erũt

ordi-

## IN CAPVT XV.

A BONO *ingenio præditis, qui ſtudia inchoant, videatur an medius annus in quauis quatuor claſsium inferiorum ſufficiat, & duo in ſuprema; quod tẽpus Rhetoricæ, & linguarũ ſtudijs im-*

*pen*

b Sup.c.5. §.3. & c.13. §.4. & inf. c.17. §.2.

ordinandi, in quibus Scientiæ Naturales † (ad quas minus quam trium annorum ſpatiũ ſatis non erit)' prælegantur; [a] præter quos medius adhuc annus ad audita repetenda, & actus Scholaſticos celebrãdos, & gradum Magiſterij ſuſcipiẽdum ijs qui eum ſuſcepturi ſunt, relinquetur. Curſus ergo integer trium erit annorum cũ dimidio, vſque ad promotionẽ ad Magiſterium.† Singulis autem annis vnus huiuſmodi curſus inchoabitur, & alius cum diuino auxilio abſoluetur.' B C

Theologiæ curriculum ſex annis emetietur. [b] In primis quatuor, ea omnia quæ legi oportebit, prælegẽtur; in duobus reliquis, [c] præter repetitionem, [d] actus ſoliti ad gradum Doctoratus ab ijs qui promouẽdi ſunt, abſoluetur.† Quarto quo- D

a Sup. c. 6. §. 16. & 17.

b Sup. c. 9. §. 3. & p. 5. c. 2. §. 2.

c Sup. c. 6. §. 16.

d Ibid. §. 17.

*pendatur: certa tamẽ regula præſcribi non poteſt.*

B ¶ *Si aliquis alibi audiuiſſet aliquid ex artibus liberalibus, poſſet eius temporis ratio haberi: vt plurimum tamẽ, vt quis ad gradũ Magiſterij promoueatur, tres annos, vt dicitur, ſtuduerit oportet: & tantundẽ de quatuor Theologiæ annis, vt ad actus admittantur, & in eadẽ gradũ Doctoratus accipiant, dictum ſit.*

C ¶ *Si Opportunum non fuerit id ita omnino præſtare, vel quod deſint homines, vel alias ob cauſas; præſtabitur cum præpoſiti Generalis, vel certe Prouincialis aſſenſu, quod poterit.*

D ¶ *Si talis eſſet rerum ſtatus in aliquo Collegio vel Vniuerſitate Societatis, vt ſecundo quoque anno*

*inchoare*

to quoque anno ordinarie curſus inchoabitur, ſic libris prælegendis diſtributis, vt quolibet quatuor annorum quiuis ſtudioſus inchoare poſsit; & quod reliquũ eſt incœpti quadriẽnij, & eius quod ſequitur quadriennij, vſque ad illum terminum, vnde incœperat, audiẽdo, quatuor annis peragere omnino curſum Theologię poſsit.

4 [a] In gradibus tam Magiſterij Artiũ, quàm Doctoratus Theologię tria obſeruentur; Primũ,
E ne quis niſi diligenter † & publice examinatus, per perſonas deſignatas, quæ bene ſuum officium faciant, & idoneus ad prælegendum eandem Scientiam inuentus, promoueatur; ſiue ille de Societate ſit, ſiue extra eam: Alterum, [b] vt præcludatur oſtium ambitioni, nullis locis certis eis, qui ad gradus promouentur, aſsignatis; quin potius honore ſe inuicem præuenire, nulla locorum differentia obſeruata, curent: [c] Tertiũ, vt quemadmodum gratis docet, ita & ad gradus
F Societas gratis promoueat: † & non niſi admo-

*inchoare melius videretur, vel aliquãto poſt quartum; de conſenſu Generalis, vel Prouincialis, fieri poterit quod magis conuenire comperietur.*

E ¶ *Si iuſtas ob cauſas aliquis publice non examinandus videretur; habita à Generali, vel Prouinciali facultate, fieri poterit quod Rector ad maiorẽ Dei gloriam fore iudicauerit.*

F ¶ *Et ſic non permittentur cõuiuia, nec alij ludi, qui cum ſumptibus non mediocribus fiũt, & ad*

dum

a Sup.c.6. §.17.

b Sup.c.6. §.17. & p. 10.§.6.

c Sup.c.7. §.3.& inf. c. 17. §. 3. & F. & Exa. c. 1. §.3.& c.4. §.27. & p. 6.c.2. §.7. & G.& p. 7. c.4.§.4. & B. & p. 10.§.5.

*ad finẽ nobis propoſitum inutiles ſunt: nec pilei, aut chirothecæ, vel quid aliud detur.*

dum exigui ſumptus (licet voluntarij ſint) externis permittantur: ne conſuetudo vim legis tandem obtineat, & in ea parte temporis decurſu exceſſus fiat. Videat etiam Rector, ne Magiſtris, vel vllis alijs de Societate, ſibi, aut Collegio pecuniam, aut dona quæuis ab vllo pro re quauis in ipſorum vtilitatem facta accipere permittat; [a] quandoquidem præmium noſtrum ſolus Chriſtus Dominus iuxta noſtrum Inſtitutum futurus eſt; qui eſt merces noſtra magna nimis.

a Exa.c.4. §.27.

*IN CAPVT XVI.*

*DE IIS, QVAE PERtinent ad bonos mores.*

*Cap. XVI.*

A ¶ *Qui facile cõpelli poſſunt, compellãtur ad id quod de confeßione, Miſſa, Concione, doctrina Chriſtiana, & declamatione dicitur. alijs amãter quidem perſuadere conuenit; ſed ad id*

Diligenter curetur, vt qui litteras diſcendi gratia ad Vniuerſitates Societatis ſe conferunt, ſimul cum illis bonos ac Chriſtianis dignos mores addiſcant; ad quod multum iuuerit, † ſi [b] omnes ſingulis ſaltem menſibus ſemel ad confeſsionis ſacramentum accedent, ſi Miſſam quotidie, Concionem ſingulis diebus feſtis (cum ea fiet) audient. Ex præcepto- 1 A

b Sup.c.7. §.2.

ceptoribus autem quiſque hoc à ſuis diſcipulis præſtari curabit.

2 [a] Prælegetur etiam in Collegio, aliquo die cuiuſcunque hebdomadę, Chriſtiana doctrina;& vt pueri eam ediſcant, & recitent,omneſque etiam adultiores,ſi fieri poteſt, eandem ſciant,curabitur. a Sup.c.7. §.2.

3 [b] Habebitur etiam ſingulis hebdomadis (vt de Collegijs

B eſt dictum) † ab aliquo ex Scholaſticis declamatio de rebus quæ audientibus ædificationi ſint,' eoſque ad augmentum in omni puritate ac virtute expetendum inuitent; [c] vt non ſolum ſtylus exerceatur, ſed mores meliores reddantur. omnes autẽ eos qui latine ſciunt, huiuſmodi declamationi intereſſe oportebit. b Sup.c.6. §.13. c Sup.c.6. §.13. & c. 13.§.3.

4 In Scholis nec iuramẽta,nec iniuriæ verbo vel facto illatæ, nec inhoneſtum aut diſſolutũ quid in externis ad Scholas accedentibus permittatur, [d] Feratur autem Præceptorum peculiaris intentio, tam in lectiohibus, d Sup.c.8. A.

*id ne cogantur, nec ſi id non præſtiterint, à Scholis expellantur; dũ tamen nec diſſoluti, nec alijs offendiculo eſſe videantur.*

B ¶ *Quamuis vt plurimum ex prima claſſe ſit futurus, qui hãc declamationẽ dicet,ſiue ex Scholaſticis Societatis,ſiue ex externis ſit; poſſet tamen aliquando aliquis alius,qui Rectori videretur, eam conficere, vel quod alius confecerit, pronũciare. quia tamen res erit publica, huiuſmodi eſſe debebit,vt à quocunque pronuncietur;*

*cietur, eo loco non indigna eſſe iudicetur.*

*C ¶ Oratio vel eo modo dicenda eſt, vt deuotionē et ædificationem addat, vel non eſt dicenda; ſed Præceptor ſigno Crucis ſe muniat aperto capite, et incipiat.*

a Sup.c.6. §.1.

*D ¶ Si caſus aliquis accideret, vbi in remedium offendiculi præſtiti, ſatis non eſſet à Scholis expellere; videat Rector quid præterea conueniat prouidere: quāuis, [c] quoad eius fieri poterit, in ſpiritu lenitatis, pace et charitate cum omnibus conſeruata, ſit agendum.*

b Sup. c.7. §. 2. & D. & inf.c.17. G.

c P. 10.§. 11.

d Sup. c. 11.

nibus, cum ſe occaſio obtulerit, quàm extra eas ad eoſdem ad obſequium & amorem Dei ac virtutum, quibus ei placere oportet, mouendos; & vt [a] omnia ſua ſtudia ad hunc finem referant. Quod vt ad memoriā eis reducatur, † ante lectionis C initium dicat aliquis breuem orationem' ad id inſtitutam, quam Præceptor, & Diſcipuli omnes aperto capite attente audient.

Propter eos qui tam in diligentia ſuis ſtudijs adhibenda, quàm in ijs quę ad bonos mores pertinent, peccauerint; & cum quibus ſola verba bona, & exhortationes non ſufficiunt, [b] Correctōr (qui de Societate non ſit) conſtituatur; qui pueros in timore contineat, & eos, quibus id opus erit, quiq; caſtigationis huiuſmodi erunt capaces, caſtiget. Cum autem nec verba, nec Correctoris officium ſatis eſſet, & in aliquo emendatio nō ſperaretur, alijſq; eſſe offendiculo uideretur; † præſtat [d] à D ſcho-

IN

Scholis eum remouere,' quàm, ubi parum ipſe proficit, & alijs nocet, retinere. Hoc autem iudicium Rectori Vniuerſitatis, ut omnia ad gloriã & ſeruitiũ Dei, ut par eſt, procedãt, relinquetur.

## *DE OFFICIALIBVS, VEL Miniſtris Vniuerſitatis. Cap. XVII.*

1 A † CVra uniuerſalis, uel ſuperintendentia & gubernatio Vniuerſitatis, penes Rectorem erit;' qui idem eſſe poterit qui in Collegio pręcipuo Societatis præeſt, & ijs præditus Dei donis, [a] de quibus dictum eſt, ut poſsit commiſſo ſibi officio, dirigendi in litteris & moribus totam Vniuerſitatem, ſatisfacere. [b] Eius electio ad Præpoſitum Generalem, uel alium, cui ille id cõmiſerit (cuiuſmodi eſſet Prouincialis, uel Viſitator) ſpectabit: confirmatio uero ſemper
B erit Generalis. † Habebit [c] autẽ Rector quatuor Conſiliarios, uel Aſsiſtentes,' qui in rebus ad ipſius officium pertinentibus ut plurimum poſsint eum iuua-

*IN CAPVT XVII.*

A ¶ *Quamuis hoc ita ſe habeat, tamẽ nec Lectores primarios, nec officiales (qualis eſt Cãcellarius) inconſulto Prouinciali, vel Generali, ſi vicinior eſt, mutabit; ſi ille non eidem id commiſiſſet; cui vt res omnes perſpectæ ſint, curare debet.*

[d] B ¶ *Ex his Conſiliarijs vnus poſſet*

a Sup. c. 10. §. 4.

b Sup. c. 2. §. 5. & c. 10. §. 3. & p. 9. c. 3. §. 3. 14. & 15.

c Sup. c. 10. §. 7. & inf. §. 6. & p. 9. c. 6. §. 14. & 1.

d P. 8. c. 1. §. 3.

iuuare, & cum quibus ipſe, quę ſunt maioris momenti, conferat.

† Erit[a] & Cancellarius, vir in litteris egregie verſatus, qui & zelo bono, & iudicio ad ea quæ ſunt ei committenda, polleat: [b] cuius ſit munus, generale Rectoris inſtrumentum eſſe ad ſtudia bene ordinanda, & diſputationes in actibus publicis dirigendas, & ad diſcernendum an ſufficiens doctrina ſit eorum, qui ad actus & gradus (quos quidem ipſemet dabit) ſunt admittendi. 2 C

Sit Secretarius ex eadem Societate, qui librum habeat, † vbi omniũ Scholaſticorum, qui Scholas aſſidue frequentãt, nomina ſcribantur; quiq; eorum promiſſionem de Obedientia 3 D

a Sup. c. 5. §. 1.

b Sup. c. 13. §. 4. & c. 15. §. 1.

*ſet Collateralis eſſe, ſi Præpoſito Generali id neceſſarium videretur: et ſi tã multi eſſe commode nõ poſsent, fiet, vt optime poterit.*

*C ¶ Si ſatis eſſet Rector, vt præter ſuũ, Cancellarij etiã munus obire poſſet, in eandem perſonam hæc duo officia poſsent conuenire.*

*D ¶ Quãdo vltra vnam hebdomadam aſsidue Scholas frequentant, inuitandi ſunt ad nomina ſua danda, quæ in librum matriculæ referantur; & legentur eiſdem non omnes Conſtitutiones, ſed quæ vnicuique ſunt obſeruandæ; & promiſsio ab eis, non autem iuſiurandum, de Obedientia & obſeruatione propoſitarũ Conſtitutionũ exigetur. Si nollent aliqui promiſsione obligari, vel nomina in matriculam referenda dare, non ideo à Scholis excludendi ſunt; dum*

dientia Rectori præſtanda, & [a] Cõſtitutionibus obſeruandis
E (†quas ipſemet proponet) admittat; & ſigillũ Rectoris, & Vniuerſitatis habeat: [b] quæ tamen omnia ſine vllis expenſis Scholaſticorum fient.

4 † Erit & Notarius, vt fidẽ pu
F blicam faciat de ſuſceptis gradibus, & alijs quæ occurrent.

G † Sint & duo, vel tres Bidelli, vnus ad facultatis linguarum, alter ad Artium, tertius ad Theologiæ functiones deſtinatus.

5 In has tres facultates Vniuerſitas diuidetur; & in quauis earum ſit Decanus, & duo alij Deſi-

*dummodo pacifice & ſine offendiculo in eis verſẽtur: & ſic eis ſignificari poterit; addendo nihilominus, quòd cura magis peculiaris Scholaſticorum, quorum nomina ſcripta in libro Vniuerſitatis ſunt, haberi ſolet.*

[a] Sup. c. 7. §. 2.

[b] Sup. c. 15. §. 4.

E ¶ *Quamuis poſtea quæ ab omnibus ſunt obſeruandæ, eo in loco, vbi publice legi poſſint; quæ vero in quauis claſſe, in ea ipſa ſunt affigendæ.*

F ¶ *Hic poterit aliquid vtilitatis ab externis qui teſtimonium ſuorum graduum requirent, percipere; ſit tamen quid moderatum,* [c] *nihilque in Societatis vtilitatem redundet. Ad teſtimonium autẽ noſtris reddendum, litteræ patentes Rectorum ſatis erunt.*

[c] Sup. c. 15. §. 4.

G ¶ *Hi ex Societate non erunt: quia tamen non parum laboris ſunt habituri, commodum ſtipendiũ accipient;* [d] *& vnus eorum Corrector eſſe poterit.*

[d] Sup. c. 16. §. 5.

H ¶ *Quam-*

Deſignati ex iis qui melius res facultatis illius callent; qui à Rectore vocati, poſsint dicere quid ſentiant ad ſuæ facultatis bonum conuenire: & ſiquid tale in mentem venerit, dũ inter ſe de huiuſmodi rebus agunt, ad Rectorem, quamuis non vocentur, referent.

In rebus quæ ad ſolam vnã 6
facultatem pertinent, † uoca- H
bit Rector, pręter Cancellariũ & ſuos [a] Aſsiſtentes, [c] Decanũ etiam & Deſignatos illius facultatis: in ijs quæ ad omnes pertinent, Decani & Deſignati omnium uocentur. Et ſi Rectori uiſũ fuerit & alios de Societate, uel extra eam, ad Congregationem uocare, facere id poterit; ut cum omnium ſententias audierit, melius, quod conuenit, conſtituat.

† Erit [b] Syndicus unus gene 7
ralis, qui tã de perſonis, quàm I
de rebus, de quibus uidebitur, Rectorem & Præpoſitum Prouincialem, & Generalem admoneat: qui quidem Syndicus uir magnę fidelitatis & iudicij eſſe

*H ¶ Quamuis deciſio rerum ex ſuffragijs horum non pendeat; ipſos tamen vocari & audiri conuenit. Sententiæ autem eorum, qui res melius intelligunt, eam quam par eſt, rationẽ Rector habebit. Si tamen omnes alij aliter quam ipſe ſentirent; contra omniũ ſententiã ne agat; niſi prius rem cum Prouinciali contulerit.*

*I ¶ Hoc Syndici officium poſſet coniũgi cũ Collateralis, vel Conſiliarij officio, ſi ſic videretur conuenire; quod alius in Vniuerſitate magis ad id idoneus, quàm ali-*

c Sup. §. 1.

b Sup. c. 6. §. 15. & c. 10. §. 7. & p. 3. c. 1. §. 16.

eſſe debebit. Præter hunc, ſuos habebit Syndicos particulares
k Rector; † vt quæ quauis in claſſe acciderint, quibus prouidere oporteat, ad ipſum referant.' Et vt ipſe de omnibus Præceptoribus, & alijs de Societate; ita & Collateralis, & Syndicus, & Cõſiliarij de ipſo,
L & de alijs † [a] ſcribent ſemel ſingulis annis Præpoſito Generali, & bis Prouinciali,' qui Generalem (ſi quid oportuerit) admonebit: vt in omnibus maiori cũ circunſpectione & cura præſtandi quod quiſque debet, procedatur.

8 De aliquibus inſignijs, nũ eis Rector, Cancellarius, Bidelli, Doctores & Magiſtri, vt in Vniuerſitate cognoſcãtur, vel ſaltem in actibus publicis vti debeant, necne, & ſi vtantur, qua-

*quis eorum, non eſſet.*

*K ¶ Et quamuis Syndici nihil habeant, quod alicuius momenti ſit; ſingulis tamen diebus Sabbati ſaltem, ſe nihil habere Superiori referant.*

*L ¶ Mittantur huiuſmodi litteræ eo modo obſignatæ, vt nullus ſciat quid alius ſcripſerit. Et cũ vellet Præpoſitus Generalis vel Prouincialis pleniorẽ rerum notitiã; non tantum Collateralis, Syndicus, & Conſultores de Rectore, deque omnibus alijs ſcribẽt; verumetiam quiſque Magiſtrorum, & Scholaſticorum approbatorum, & Coadiutorum quoque formatorum ſcribet, quid de omnibus, ac etiam de Rectore ſentiat. Et ne id nouũ videatur, tertio quoque anno ſaltem, hæc referri quaſi ordinarie ſic debeant.*

[a] P.8.c.1. §.9.

*M* *M ¶ Quam-*

qualia eſſe debeant, † conſiderationi Generalis tunc exiſtentis, cum aliqua Vniuerſitas admittitur, relinquetur. Ille autem per ſe, vel per aliū, expenſis circunſtantijs, quod iudicauerit ad maiorem Dei gloriam & obſequium, & bonū vniuerſale fore (qui vnicus ſcopus in hac, & in omnibus rebus nobis eſt) conſtituet. M

*M ¶ Quamuis hoc ita ſe habeat; id tamen, quod in quouis loco conuenire ex inſignijs huiuſmodi videbitur, diſtincte in cuiuſque Vniuerſitatis Regulis conſtituetur.*

QVIN-

DECLA-

# QVINTA PARS

## DE IIS, QVÆ AD ADMITTENDUM in corpus Societatis pertinent.

### *DE ADMISSIONE, ET QVIS, & quando debeat admittere.*

*Cap.* I.

1 QVi in Societate, quantum ſatis eſt, probati fuerunt; & tandiu, vt vtrinque intelligi iam poſsit, num in eadẽ manere ad maius Dei obſequium & gloriam conueniat;
A † admitti debent; non vt prius, ad Probationem, ſed modo magis interno, vt membra vnius ac eiuſdẽ corporis Societatis.' Huiuſmodi autem ſunt præcipue, qui ad Profeſsionem, vel in Coadiutores formatos admittuntur. Sed quia Scholaſtici approbati, etiã modo quodam interiori, quàm admiſſi ad Probationem, in corpus Societatis cooptantur; de eorum quoque admiſsione in hac

*DECLARAtiones.*

In quintam Partem. De ijs, quę ad admittendũ in corpus Societatis pertinẽt.

*IN CAPVT I.*

A ¶ S[a] *Ocietas, vt eius nomen latiſſime accipitur, omnes eos, qui ſub Obedientia Præpoſiti Generalis viuunt,* etiã

a Exa.c.1. §.7.

hac quinta Parte dicetur, quid in Domino obſeruandum videatur.

[b] Primo quidem facultas admittendi in corpus Societatis eos qui admittendi erunt, penes eius caput erit; vt ratio poſtulat. Sed quia Præpoſitus Generalis tam varijs locis intereſ ſe 2

*etiam Nouitios; & quicunq; [a] cũ propoſitum viuẽdi & moriendi in Societate habeant, in Probationibus verſantur, vt in eam ad aliquem ex alijs gradibus, de quibus dicetur, admittantur, complectitur.*

a Exa. c. 3. §. 14. & p. 1. c. 4. §. 3.

b Inf. c. 2. §. 1. 4. & 5. & B. & C. & p. 9. c. 3. §. 1. & A.

*Secundo modo, qui minus late patet, Societas cum Profeſsis & Coadiutoribus formatis, etiam Scholaſticos approbatos continet. Ex his enim tribus partibus, ſeu membris, Societatis corpus conſtat.*

*Tertio modo, & magis proprio Profeſſos & Coadiutores formatos duntaxat continet: [c] & ſic accipiendus eſt in Societatem ingreſſus, quem Scholaſtici promittunt; ſcilicet, vt inter Profeſſos, vel Coadiutores formatos illius numerentur.*

c Inf. c. 4. E. & Exa. c. 1. §. 10. & c. 7. §. 1.

*Quarta huius nominis Societatis acceptio & maxime propria, Profeſſos duntaxat continet: non quod eius corpus alia mẽbra non habeat, ſed quod hi ſint in Societate præcipui, [d] & ex quibus aliqui, vt inferius dicetur, ſuffragium actiuum et paſsiuum habent in electione Præpoſiti Generalis. &c.*

d P. 8. c. 3. A. & c. 6. B.

*Quocunque ex his quatuor modis aliquis in Societate ſit, capax eſt communicationis gratiarum ſpiritualium, [e] quas in ea Præpoſitus Generalis, ſecundũ conceſsionem ſedis Apoſtolicæ, ad maiorem Dei gloriam*

e P. 8. c. 1. §. 6. & p. 9. c. 3. §. 10.

B ſe non poteſt; † alijs [a] de Societate eam partem huius facultatis, quæ ad totius corporis huius bonũ facere videbitur, poterit communicare.'

3 [b] Tempus ad admittendum modo ſuperius dicto, in vniuer-
C ſum loquendo, † vltra bienniũ eſſe oportebit.' Sed qui antequam ad ſtudia mitteretur, vel in eiſdẽ, diu probatus fuiſſet, poſt illa abſoluta, ſi ad Profeſſionem eſt admittendus, [c] integrum adhuc Probationis annum habebit; vt adhuc magis per

*riam poteſt concedere. Ceterum de primo admittendi modo, cum idem ſit, atq; ad Probationẽ admittere, in prima Parte dictũ eſt: & de admiſſione in tribus alijs modis in hac quinta Parte agetur.*

B ¶ *Alij, quibus ordinarie magis, et abſolute comunicabitur, Præpoſiti Prouinciales erunt. quibuſdam tamen Præpoſitis Localibus, vel Rectoribus, et alijs Viſitatoribus, aut perſonis inſignibus, poterit Præpoſitus Generalis hanc auctoritatem communicare; immo & alicui qui de Societate non eſſet, aliquo in caſu, vt Epiſcopo alicui, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ; cum nullus ex Profeſſis eiuſdem Societatis eo in loco, vbi aliquis ita eſt admittendus, inueniretur.*

C ¶ *Quamuis hoc ita ſe habeat, tamen vt prorogari, ita & contrahi hoc ſpatium quibuſdam in caſibus, ex cauſis tamen non leuis momẽti, iudicio Præpoſiti Generalis (cuius erit diſpenſandi ius) licebit: raro tamen id fiet.*

a Inf. c. 2. §. 4. & 5. & A. B. & C. & p. 9. c. 3. A.

b Inf. c. 4. §. 3. & 6. & Exa. c. 1. §. 12. & c. 4. §. 16. & 41. & c. 6. §. 8. & p. 4. c. 3. §. 3. & c. 4. §. 5.

c Exa. c. 2. §. 12. & c. 4. §. 16. & c. 6. §. 8.

a Exa.c.1 §.12. & c. 4.§.43.

perſpectus ſit, antequam eam emittat. [a] et proro gari hoc tempus poterit (vt in Examine dictum eſt) cum Societas, uel qui ab ea hanc in Domino curam habet, plenius ſibi ſatisfieri deſideraret.

## QVALES ESSE DEBEANT, *qui admittendi ſunt.*

### *Cap. II.*

1 CVm nullo ex his modis admitti debeat, niſi qui idoneus in Domino fuerit exiſtimatus. Illi ad Profeſſionem idonei habebuntur, [c] quorum vita diuturnis ac diligentibus Probationibus, † à Præpoſito A [d] Generali (ad quem referent particulares Prępoſiti, vel alij, quorum teſtimonium Generalis requiret) perſpecta valde, & approbata fuerit. Ad hoc autẽ conferet illis qui ad ſtudia miſſi fuerunt, abſoluta iã, ea cura & diligentia, quæ ad excolendum intellectum adhibita fuerit, vltimæ Probationis tempore in ſchola affectus diligẽtius ſe exercere, [e] & in rebus ſpiritualibus, & corporalibus, quæ ad profectum in humilitate & ab-

### *IN CAP. II.*

A [b] *QVãuis in remotiſsimis regionibus (cuiuſmodi sũt Indiæ) poſsit Præpoſitus Generalis, iudicio Prouincialis relinquere, non expectata hinc approbatione (quæ non niſi per multos annos eo perueniret) num aliquis ad Profeſſionẽ admitti debeat, nec ne:* [f] *in locis tamen, ex quibus maior po teſt*

b Sup.c.1. §.2. & B. & p.9.c.3. A.

c Exa.c.1. §.8.& p.8. c.1.§.2.& B.& p.10. §.7.

d Sup.c.1. §.2.& inf. §.4.& 5.& B. & C. & p.9.c.3.§. 1.& A.

e Exa.c 4. §.16.

f P.9.c.3. A.

[a] abnegatione vniuerſi amoris ſenſualis, voluntatis & iudicij proprij,& ad maioré cognitionem & amoré Dei conferunt, inſiſtere; vt cũ in ſeipſis profecerint, melius ad profectum ſpiritus alios ad gloriam Dei & Domini Noſtri iuuent.

2 [b] Doctrina etiam in huiuſmodi, ſufficiens eſſe debebit, prçter Humaniores Litteras,& Artes liberales, in Theologia Scholaſtica & Sacris Litteris. Et quãuis aliqui breuiori tẽpore non minorem progreſſum, quàm alij longiori, facere poſſent; nihilominus, vt communis aliqua menſura ſumatur, ſpatium aliquod tẽporis præ-
B ſcribetur; & hoc erit, † [c] quadriennium integrum poſt Artium liberalium & Philoſophiæ ſtudia, in Theologia expleuiſſe. Vt ergo ad Profeſſionem quis admittatur, in ea facultate hoc tempus ſe exercuiſſe, & quidem, ad gloriam Dei, ſatis in ea profeciſſe conuenit; & in profectus huiuſmodi teſtimonium quiſque ante Profeſsio-

*teſt haberi communicatio, non facile vlli Prouinciali facultatẽ admittẽdi ad Profeſsionẽ committet; niſi prius ipſe certior factus ad eos qui ei videbuntur in Domino ad profeſſionem admittendos, particulariter conſenſum præſtiterit.*

B ¶ *Quamuis vt plurimũ hæc menſura ſtudij quatuor annorũ in ſacra Theologia (præter Litterarum Humaniorum & Artium ſtudia, & examinationem dictam, vt, quem progreſſum in ea doctrina fecerint, videri poſſit) ſit obſeruãda:*

[a] Inf. §.2. & p.3.c.1. §.23.

[b] Exa.c.1. §.8. & 16.

[c] P.4 c.9. §. 3. & c. 15.§ 3.

*nihilominus tamen qui in Iure Canonico doctrinam ſufficientẽ, vel alia egregia Dei dona haberet, ex quibus, quod ſtudio Theologiæ deeſt, compenſari poſſet; ſine eo, ad Profeſſionem trium, & aliqui viri inſignes etiã ad quatuor votorũ (quãuis hoc extendi non debeat) admitti poſſet.*[d] *Horum donorum iudicium Præpoſito Generali tantum, vel ſi cui, peculiari præſcripto, id ille committeret, vt quod foret ad maiorẽ Dei gloriam, faceret, relinquetur.*

a Par. 10. §.7.

b Sup. §.1.

c Inf. c. 3. §. 5. & 6. & Exa. c. 1. D.

d Sup. c. 1. §.2.

e Exa. c. 6. §.1.

C ¶ *Qui ad Profeſsio-*

feſſionẽ Aſſertiones Logices, Philoſophiæ, & Theologiæ Scholaſticæ tuebitur. Quatuor autem ad argumentandum, & iudicandum de eorum doctrina, an ſit quãta oportet, prout iuxta veritatem ſyncere ſenſerint, deligantur. [a] Quod ſi doctrina ea præditi eſſe, quæ ſatis ſit, non inuenientur; conducibilius erit, vt donec eam conſequantur, expectent; vt illos etiam expectare oportebit, qui in [b] abnegatione ſui ipſorum, & virtutibus Religioſo dignis teſtimonium, quod par eſſet, nondum omnino haberent.

Præter hos, †[c] nonnulli ad triũ Votorum ſolemniũ tantũ Profeſſionem admitti poſſẽt: raro tamen, & non ſine cauſis peculiaribus alicuius momenti: & hos, ſeptẽ annos in Societate notos fuiſſe, & nõ mediocrem ſui talenti, ac virtutum ſatisfactionem, ad gloriam Dei, præbuiſſe in ea, oportebit. 3 C

[e] Vt quis etiam in Coadiutorem formatũ admittatur, oportet Societati eſſe ſatisfactum de 4

de eius vita, deque bono exem plo ac talento ad ſe iuuandam, vel cum litteris, in rebus ſpiritualibus, vel ſine illis, in exterioribus; prout cuique diuina bonitas dona ſua communicauerit. Hoc ipſum autem [a] metiatur oportet Præpoſiti Generalis prudentia; niſi alicui ex particularibus, cui multum in Domino cõſideret, id committendum videretur.

5 [b] Vt aliqui admittantur in Scholaſticos approbatos, quadam proportione ſeruata, eadem requiruntur: & id peculiari quadam ratione; vt ex eorũ ingenio ſperetur, eos in litteris profecturos, [d] Præpoſiti Generalis iudicio, vel eius, cui hoc munus ille commiſerit, confidendo prudentiæ ac probitati à Deo ipſi donatæ.

DE

*feſsionem trium Votorum ſolemnium admittuntur, ordinarie ſufficientiam in litteris, quæ ſaltem ad Confeſſarij munus bene obeundum ſatis ſit, habeant, oportet; vel certe dona Dei aliqua rara, quæ id compẽſare videantur: ita, vt [c] Præpoſitus Generalis, vel alius, cui ſuas vices ad hoc ille ſpeciali commiſsione concederet, ad maius Dei obſequium, & Societatis bonũ, ſic conuenire iudicaret. Et hi vt plurimũ homines erunt, qui, propterea quòd bene meriti ſint, et valde deuoti, quamuis minori doctrina, ac concionandi aptitudine præditi, quam noſtrum Inſtitutum in Profeſsis requirat, admittendi eſſe in Domino videbuntur.*

a Sup §.1.

b Exa c.1. §.10. & p. 4.procœ.A. & c.3. §.1. 2. & 3.

c Sup c.1. §.2.

d Sup.§.1.

IN

## DE MODO ADMITTENDI ad Profeſſionem.
### Cap. III.

a Exa.c.1. §.8.

QVando [a] aliqui, peracto Probationis tempore, & experimentis, ac alijs, quæ in Examine continentur, confectis, ad Profeſſionem admittendi fuerint; cum Societati, uel eius Præpoſito Generali plene ſit in Domino ſatiſfactum, Profeſſio hoc modo, qui ſequitur, emittetur. 1

In primis Præpoſitus Generalis, vel qui accepta ab eo facultate, ad Profeſſionem admittet, † poſtquam publice Miſſæ Sacrificium obtulerit in Eccleſia coram domeſticis, & alijs externis, qui interfuerint, cum ſanctiſſimo Sacramento Euchariſtiæ ad eum qui Profeſſionem eſt emiſſurus, ſe conuertat: Ille autem abſoluta generali Confeſſione, & verbis quæ ante Communionem dici ſolent, voce alta Votum ſuum ſcriptum [b] (quod aliquot ante dies conſiderauerit oportet) leget; cuius formula hæc eſt. 2 A

b Exa c.4. §.41.

EGO .N. Profeſsionem facio, & promitto Omnipotenti Deo 3

### IN CAPVT III.

A ¶ *Particularia quæ hic, & inferius attingũtur, decent quidem, & cùm fieri poteſt, obſeruanda ſunt; non tamen, vt neceſſaria. Fieri enim poſſet, vt Sacerdos non eſſet, vel Miſſam celebrare non poſſet, qui ex ordinatione*

ti Deo coram eius Virgine Matre, & vniuerſá cœleſti curia, ac omnibus circunſtantibus, & tibi Patri Reuerendo Præpoſito Generali Societatis IESV, locum Dei tenenti, & ſucceſſoribus tuis; uel, tibi Reuerendo Patri vice Præpoſiti Generalis Societatis IESV, & ſucceſſorum eius, locum Dei tenenti; perpetuam [a] Paupertatem, Caſtitatem, & Obedientiam; & B ſecundum eam, † peculiarem [b] curam circa puerorum eruditionem, iuxta formam viuendi, in litteris Apoſtolicis Societatis IESV, & in eius Conſtitutionibus contentam.'

*tione Præpoſiti Generalis Profeſſionem admittit. Illud autem eſſentiale eſt, vt publice Votũ legatur coram ijs de Societate, & externis, qui adfuerint, atque vt tanquam ſolemne & emittatur, & admittatur.*

*B ¶ Promiſſio docendorum puerorũ ac rudiũ hominũ, iux ta litteras Apoſtolicas, & Conſtitutiones, non inducit aliã obligationem, quã reliqua ſpiritualia exercitia, quæ ad auxiliũ proximorũ adhibentur; cuiuſmodi ſunt Confeſſiones, & Prædicationes, & cet. in quibus quiſq; ſe debet occupare, iuxta rationem Obedientiæ ſuorũ Superiorũ. Quod autẽ de pueris docendis in Voto ſit mentio; ea de cauſa ſit, vt ſancta hæc exercitatio, peculiari modo ſit commendata, & deuotius curetur, propter ſingulare obſequium quod Deo per eam in animarum auxilio exhibetur; & quia facilius obliuioni tradi poterat, & in deſuetudinem abire, quam alia magis ſpecio-*

† Inſu-

a Inf. §.6. & Exa. c. 1. §.3. & p.6. c. 1. & 2. fere per totum.

b Inf. §.6. & c.4. §.2.

[a] Exa.c.1. §.5.& p. 6.c.5.& p. 7.c.1.§.1. & B.

*ſpecioſa, cuiuſmodi eſt prædicatio, & cet.*

C *¶ Tota intẽtio quarti huius Voti obediẽdi sũmo Põtifici, fuit, & eſt circa miſſiones; & ſic intelligi oportet literas Apoſtolicas, vbi de hac Obediẽtia loquũtur; in omnibus quæ iuſſerit ſummus Pontifex, et quocunque miſerit. & cet.*

† Inſuper[a] promitto ſpecialem Obedientiam ſummo Põtifici, circa miſſiones; prout in eiſdem litteris Apoſtolicis, & Conſtitutionibus continetur. Romæ, vel alibi, tali die, mẽſe, & anno, & in tali Eccleſia. C

[b] Inf. c.4. G.

Poſt hæc, ſumet ſanctiſſimũ Euchariſtię Sacramẽtum. Quibus peractis, [b] in libro, quem ad hoc habebit Societas, eius nomen, qui Profeſſionem emiſit, & illius, in cuius manibus emiſit, adnotato die, menſe, & anno, ſcribetur; & eius Vota ſcripta aſſeruabuntur: vt omnia ſemper conſtare poſſint, ad Dei gloriam. 4

[c] Sup.c.2. §.3. & C. & Exa.c.1. D.

IN Aliqui, [c] qui ad Profeſſionem trium Votorum ſolemnium dũtaxat admittentur, in Eccleſia, ac coram domeſticis & externis qui aderunt, antequam ſanctiſſimum Chriſti Corpus accipiant, ex ſcripto ſuum Votum iuxta formulam ſequentem legent. 5

EGO .N. Profeſſionem facio, & promitto omnipotenti Deo coram eius Virgine Matre, & vniuerſa cœleſti curia, ac omnibus circunſtantibus, & tibi Reuerendo Patri Præpoſito Generali Societatis IESV, locum Dei tenenti, ac ſucceſſoribus tuis; vel, tibi Reuerendo Patri vi- 6

ce Præ-

ce Præpoſiti Generalis Societatis IESV, & ſucceſſorum eius, locum Dei tenenti, [a] perpetuam Paupertatem, Caſtitatem, & Obedientiam, & ſecundum eam, [b] peculiarem curam circa pueros eruditionem; iuxta formam viuendi in literis Apoſtolicis Societatis IESV, & in eius Cõſtitutionibus contentam. Romæ, vel alibi, tali die, menſe, & anno, & in tali Eccleſia. Deinde ſequetur Communio, & reliqua ſuperius dicta.

a Sup. §. 3.

b Sup. §. 3.

## *DE ADMITTENDIS COADIVtoribus formatis, & Scholaſticis.*
## *Cap. IIII.*

1 QVI [c] in Coadiutores formatos ſpirituales cum ſimplicibus Votis, & non ſolemnibus admittuntur, in Eccleſia, vel ſacello Domus, aut alio decenti loco coram domeſticis & externis, A qui aderunt, † in manibus eius, qui admiſſurus ſit, Votum ſuũ emittent in hac formula, quæ ſequitur, id legentes.

c Exa c. 1. § 9. & c. 6. §. 8.

2 EGO. N. promitto Omnipotenti Deo, coram eius Virgine Matre, & tota cœleſti curia, & tibi R. Patri Præpoſito Generali Societatis IESV, locum Dei tenenti, & ſucceſſoribus tuis; vel, tibi R. Patri vice Præpoſiti

### *IN CAPVT IIII.*

*A ¶ IN manibus fieri Vota dicuntur, quando emittũtur corã aliquo, qui, cum ad id habeat poteſtatẽ, ea admittit. Et quãuis multi ad-*

poſiti Generalis Societatis IESV, & ſucceſſorum eius, locũ Dei tenenti; [a] perpetuam Paupertatem, Caſtitatem, & Obedientiam; & ſecundum eam, [b] peculiarem curam circa puerorum eruditionem; † iuxta modum in litteris Apoſtolicis, & Conſtitutionibus dictæ Societatis expreſſum'. Romæ, vel alibi, in tali loco, die, menſe, & anno, &cet. Demum ſumat ſanctiſſimum Chriſti Corpus: & fient, quæ de Profeſſis dicta ſunt. B

† Formula

a Exa.c.1. §.9. & p. 6.c.1.& 2.

b Sup.c.3. §.3. & B.

*eſſent, cum huiuſmodi Vota ſiunt; non ideo tamen mutant naturam ſimplicium; quãdoquidem intentio emittentis, et admittentis, iuxta traditã à ſede Apoſtolica facultatẽ, hæc eſt, vt nec emittantur, nec admittãtur vt ſolemnia. Ad prudentiam autem admittentis pertinebit, conſecuturæ ædificationis rationem habere; & ſic curabit, vt plures, vel pauciores interſint. Ceterum eadem erit formula, qua Coadiutores Temporales, & Spirituales vtentur; & vtraque in exterioribus perſimilis erit ei, qua Profeſſi vtuntur.*

B ¶ *Quod dicitur, iuxta Bullas, & Conſtitutiones; intelligendum eſt, quòd Coadiutores emittunt huiuſmodi ſimplicia Vota, cum tacita quadam, quod ad perpetuitatem attinet, conditione, quæ hæc eſt; Si Societas eos tenere volet.* [c] *Quamuis enim illi, quod in ipſis eſt, ſe obligent in perpetuum, ſuæ deuotionis & ſtabilitatis gratia; liberum tamen erit Societati eos dimittere;* [d] *vt in ſecunda Parte dicitur: quod ſi acci-*

c Exa.c.6 §.8.& A.

d P.2.c.1. §.1.& A.

3 † Formula ad Coadiutores
C in rebus temporalibus admittendos eadem erit;' clauſula illa de puerorum inſtitutione ſolum remota.

Qui peracta ſua priori Probatione & experimentis [b] per biennium, in Scholaſticos approbatos admittuntur, coram
D aliquibus domeſticis, † quamuis non in manibus cuiuſquam, Vota ſua emittent' ad hunc modum.

4 Omnipotẽs Sẽpiterne Deus, EGO .N. licet vndecunque diuino tuo conſpectu indigniſſimus, fretus tamen pietate ac miſericordia tua infinita, & impulſus tibi ſeruiendi deſiderio, [c] voueo coram ſacratiſſima Virgine Maria, & curia tua cœleſti vniuerſa, diuinæ Maieſtati tuæ Paupertatẽ, Caſtitatem, & Obedientiam perpetuam

*cideret;* [a] *tunc illi liberi ab omnium Votorum obligatione manent.*

C ¶ *Si homines eſſent, qui latinam linguam non intelligerẽt, quales aliqui Coadiutores Temporales erunt; Votum in vernaculam linguam vertetur; & legant ipſi, vel præeat alius legẽdo verba, quæ mox ipſimet, eũ inſequendo, pronunciabunt.*

D ¶ *Vt hoc Votum ſoli Deo offertur, & non homini; ita nemo id admittit. propterea in nullius manibus fieri dicitur. & conditio illa tacita, quæ ineſſe dicta eſt in Voto Coadiutorum,* [d] *quod ad perpetuitatem attinet, etiam in hoc eſt intelligenda; ſcilicet, Si Societas eos tenere volet.*

a Exa.c.6. §.8.& c.7. §.1. & 2. & p.2.c.4. §.3.

b Sup.c.1. §.3.&Exa. c.1.§.12. & c.4. §. 41.& p.4. c.3.§.3.& c.4.§.5.

c Exa.c.1. §.10. & c. 7.§.1.& p. 4.c.3.§.3.

d Exa.c.7. §.1.& 2.

E ¶ Pro-

petuã in Societate IESV; † & promitto eandem Societatem me ingreſſurum,' vt vitam in ea perpetuo degam, omnia intelligendo iuxta ipſius Societatis Conſtitutiones. A tua ergo immenſa bonitate & clementia per IESV Chriſti ſanguinem peto ſuppliciter, vt hoc holocauſtum in odorem ſuauitatis admittere digneris; & vt largitus es ad hoc deſiderandum & offerendum, ſic etiam ad explẽdum, gratiam vberem largiaris. Romæ, vel alibi, tali loco, die, menſe, & anno. Poſt hæc perinde, vt alij, ſanctiſſimum Chriſti Corpus ſument; & reliqua quæ ſuperius dicta ſunt peragentur. E

[c] Poſtquam aliquis in corpus Societatis cooptatus fuerit in aliquo gradu, † ad aliũ progredi curare non debet: ſed in ſuo perfici,' & obſequio Dei & gloriæ ſeſe impendere, ac Superiori, qui ſcilicet Chriſti Domini noſtri vices gerit, curam aliorum omnium relinquere. 5 F

*E ¶ Promiſſio ingrediẽdi Societatem, vt declaratũ eſt initio [a] huius partis, eſt de Votis Profeſſorum ſolemnibus, vel Coadiutorũ formatorũ, prout Præpoſito ad maius Dei obſequium fore videbitur, emittendis.*

*F ¶ [b] Proponere quæ in animo verſantur, quæque occurrunt, licitum eſt: nihilominus, vt in Examine dicitur, omnino paratum eſſe oportebit, [d] vt id melius eſſe exiſtimet, quod Superiori ſuo melius videbitur.*

*G ¶ Etiam*

a Sup.c.1. A. & Exa. c.1. §.10. & c.7. §.1.
b Exa.c.8. A. & p.7. c.2, 1.
c Exa.c.6. §.5.&6.
d P.3.c.2. §.1. & p.6.c.1. §.3.
e Sup.c.1. §.3.

6 Qui in Domibus verſantur, [e] poſt biennium

Vota

Vota eadē emittere, quæ Scholaſtici,& Chriſto Domino Noſtro ſe obſtringere debent; & id,quamuis ſtudijs applicandi non videantur,nec expedire,vt tam cito in Coadiutores formatos,vel Profeſſos admittantur, exiſtimetur. [c] Quòd ſiquis propria impulſus deuotione, ante id tēpus biennij vellet Votis ſe Deo offerre;eandē formu-
G lā ſequi poterit; & † vno Voti ſui ſcripti exēplo tradito Superiori,' alterū penes ſe retineat; vt quid Deo ac Domino Noſtro obtulerit,recordetur.Et ad hoc ipſum, ſimulque ad deuotionem augēdam conferet,
H † ſtatutis quibuſdam temporibus, quæ congrua videbuntur, Vota ſua renouare.' Quod quidem non eſt, obligatione noua ſe obſtringere,ſed eius,qua obſtricti ſunt in Domino, recordari,atq; eandem confirmare.

SEX-

*G ¶ [a] Etiam in libro aliquo horū memoria (ſicut & aliorū) honeſtas ob cauſas debet aſſeruari.*

*H ¶ Quod [b] ad Scholaſticos attinet,iam in quarta Parte dictum eſt,quibus tēporibus ſua Vota renouare debeant. Eadē erit ratio eorum qui in Domibus habitāt,et Vota emiſerunt: in duobus enim feſtis ſolemnibus ſingulis annis ea renouare debēt, et in aliquo alio, ſi Superiori videretur expedire: non in cuiuſquā manibus,ſed vno quoq; ſuū Votū legente corā ſanctiſsimo Sacramento,reliquis vel nonnullis de Societate præſentibus;vt magis ad deuotionē obſeruādi quod Deo ac Domino Noſtro promiſerūt, magiſq; præ oculis habendū id quod ex obligatione debēt eidē Domino, excitentur.*

[a] Sup.c.3. §.4.
[b] P.4.c.4. §.5.& D.
[c] Exa.c.1. E.& p.3.c. 1.T.

N DE-

# SEXTA PARS

## DE IIS QVI ADMISSI, & in corpus Societatis cooptati ſunt: quod ad ipſorum perſonas attinet.

### *DE IIS QVAE AD OBEDIENTIAM PERTINENT. Cap. I.*

VT ILLI qui iam ad Profeſsio- 1
nem, vel in Coadiutores forma-
tos admiſsi ſunt, vberiori cum
fructu, iuxta noſtrum Inſtitutum,
diuino ſeruitio, & proximorum
auxilijs ſe impendant; aliqua in ſeipſis ob-
ſeruare debent; quorum præcipua, licet ad ea Vo
ta, [a] quæ Deo & Creatori Noſtro iuxta litteras
Apoſtolicas obtulerunt, reducantur; de illis ta-
men, vt magis & declarentur, & commendentur,
in hac ſexta Parte dicetur. Et quoniam quæ ad
Votum Caſtitatis pertinent, interpretatione non
indigent, cum conſtet, quàm ſit perfecte obſer-
uanda, nempe enitendo Angelicam puritatem
imitari, & corporis, & mentis noſtræ munditia:
his ſuppoſitis, de ſancta Obedientia dicetur;
quam quidem omnes plurimum obſeruare, & in
ea excellere ſtudeant; nec ſolum in rebus obliga-
torijs, ſed etiam in alijs; licet nihil aliud, quàm
ſignũ volũtatis Superioris ſine vllo expreſſo præ-
cepto,

[a] P.5.c.3. §.3.&c.4. §.2.

ceptо, videretur. [a] Verſari au-
tẽ debet ob oculos Deus Crea-
tor ac Dominus Noſter, pro-
pter quem homini Obedientia
præſtatur: &, vt in ſpiritu amo-
ris, & non cum perturbatione
timoris procedatur, curandum
eſt: ita [b] vt omnes conſtanti
animo incumbamus, vt nihil
perfectionis, quod diuina gra-
A tia conſequi poſsimus † in ab-
ſoluta omnium Conſtitutionũ
obſeruatione,' noſtrique Inſti-
tuti peculiari ratione adimplẽ-
da, prætermittamus: & exacti-
ſsime omnes neruos virium no
ſtrarum ad hanc virtutem Obe
dientiæ in primis Summo Pon
tifici, deinde Superioribus So-
cietatis exhibendam, intenda-
B mus: ita † vt omnibus in re-
bus, ad quas poteſt cum chari-
tate ſe Obedientia extendere,'
ad eius vocem, perinde ac ſi à
Chriſto Domino egrederetur
(quandoquidem ipſius loco,
ac pro ipſius amore & reue-
rẽtia Obedientiam prȩſtamus)
quam promptiſſimi ſimus; re
quauis, [c] atque adeo littera à

## *DECLARATIONES* In Sextam Partem.

## *IN CAPVT* I.

A ¶ HAE *primæ Declarationes, quæ ſimul cum Conſtitutionibus promulgãtur,* [c] *eandem, quam illæ, aucto ritatem habent. & ita in vtrarumque obſeruatione, eandem curam adhiberi oportet.*

B ¶ [d] *Huiuſmodi ſunt illæ omnes, in quibus nullum manifeſtum eſt peccatum.*

C ¶ *Obe-* nobis inchoata

[a] Inf. §. 2. & 3. & p. 3. c. 1. §. 23. & p. 4. c. 10. §. 5. & p. 7. c. 2. §. 1. & A. & I. & p. 8. c. 1. D. & p. 9. c. 3. §. 20.

[b] Inf. c 5. & p. 4. c. 10. §. 5. & p. 9. c. 3. §. 8 & c. 6. A. & p. 10. §. 13.

[c] Prόœ. declar.

[d] Inf. hoc §. 1. & p. 3. c. 1. §. 23.

[e] P. 4. c. 10. §. 9.

nec dum perfecta relicta; ad eũ ſcopum vires omnes ac intentionem in Domino conuertendo, † vt ſancta [a] Obedientia tũ in executione, tum in voluntate, tum in intellectu ſit in nobis ſemper omni ex parte perfecta;' cum magna celeritate, ſpirituali gaudio, & perſeuerãtia, quidquid nobis iniunctum fuerit, obeundo; omnia iuſta eſſe, nobis perſuadendo; omnẽ ſententiã ac iudicium noſtrũ contrarium, cœca quadã Obedientia abnegando: & id quidem in omnibus, quæ à Superiore diſponuntur, vbi definiri non poſsit ([b] quemadmodum dictum eſt) aliquod peccati genus intercedere. Et ſibi quiſq; perſuadeat, quòd qui ſub Obedientia viuunt, ſe ferri ac regi à diuina prouidentia, per Superiores ſuos, ſinere debent, perinde ac ſi cadauer eſſent, quod quoquo uerſus ferri, & quacunque ratione tractari ſe ſinit: vel ſimiliter, atque ſenis baculus, qui, vbicunque, & quacunque in re velit eo vti qui eum manu tenet, ei inſeruit. Sic enim obediens rem quamcunque, cui eum Superior ad

C

*C ¶ Obedientia, quod ad executionem attinet, tunc præſtatur, cũ res iuſſa completur: quod ad volũtatem, cum ille qui obedit, id ipſum vult, quod qui iubet: quod ad intellectum, cum id ipſum ſẽtit, quod ille; & quod iubetur bene iuberi exiſtimat. & eſt imperfecta ea Obedientia, in qua præter executionem, nõ eſt hæc eiuſdem uoluntatis & ſẽtẽtiæ inter eum qui iubet, & qui obedit, conſenſio.*

I N

a P.3. c.1. §.23. & p. 4. c. 10. §. 5.

b Declar. B.

auxilium totius corporis Religionis velit impendere, cum animi hilaritate debet exequi; pro certo habens, quod ea ratione potius, quam re alia quauis, quam præſtare poſsit, propriam voluntatem ac iudicium diuerſum ſectando, diuinæ voluntati reſpondebit.

2 Omnibus itidem maxime commendatum ſit, vt multum reuerentiæ (& præcipue in interiori homine) ſuis Superioribus exhibeant; [a] IESVM Chriſtum in eiſdem conſiderent, ac reuereãtur; eoſdem ex animo vt patres in eodem diligant; ac ſic in ſpiritu charitatis in omnibus procedant, vt [b] nihil ex externis vel internis eos celent; quin potius, vt omnia prorſus intelligant; quo melius in via ſalutis & perfectionis ſe dirigant, optare debent. Et ea de cauſa omnes tam Profeſsi, quã formati [c] Coadiutores ſemel ſingulis annis (& quoties præterea Superiori viſum fuerit) ad ſuas cõſcientias in Confeſsione, vel ſecreto, vel alia ratione eidem aperiẽdas, propter magnam eius rei vtilitatem (vt in Examine dictum eſt) parati eſſẽ debebũt: tum etiam ad Confeſsionem generalẽ, quæ ab vltima generali inchoetur, ei, quem Superior ſibi ſubſtituerit, faciendam.

[a] Sup. §. 1.

[b] Exa. c. 4. §. 34. & cet. & p. 3. c. 1. §. 12. & p. 4. c. 10. §. 5.

[c] Exa. c. 4. §. 40.

3 Deferant omnes ad Superiorem ſuũ res, quæ eis expetendę occurrerint: nec priuatus quiſpiã, directe vel indirecte ſine eius facultate, & approbatione, à Summo Pontifice, nec ab alio extra Societatem, gratiam vllam in ſuum priuatum, vel alterius vſum petat, aut petendam curet: ſibique

a P.3.c.2. §.1. & p. 5.c.4.F. [a] perſuadeat, ſi per Superiorem ſuum, vel cũ eius conſenſu, quod optat, non obtinuerit, ne id quidem ad diuinum ſeruitium ſibi conuenire: &, ſi
b Sup.§.1. conuenit, cum Superioris conſenſu, vt qui [b] Chriſti Domini Noſtri locum erga ipſum tenet, id ſe conſecuturum.

## *DE IIS QVAE AD PAVPERTAtem, quæque eam conſequuntur, pertinent. Cap. II.*

c P.3.c.1. § 25. & p. 10.§.5. PAupertas, [c] vt murus Religionis firmus, diligenda, & in ſua puritate conſeruanda eſt, quantum diuina gratia aſpirante fieri poterit. Et quia humanæ naturæ hoſtis ad hoc propugnaculum ac refugium debilitandum (quod Deus Dominus Noſter Religionibus inſpirauit contra illum, alioſq; Religioſæ perfectionis aduerſarios) eniti ſolet, ea quæ à primis Fũdatoribus bene ordinata fuerant, immutare, per declarationes, vel innouationes, primo illorũ ſpiritui minime conſentaneas: vt quod in nobis ſitum fuerit, hac parte Societati proſpiciamus; quicunque in ea Profeſsionem emiſerint, † ſe ad innouationem Conſtitutionum in ijs quæ ad Paupertatem pertinent, nihil facturos promittant: niſi aliquo modo pro rerum occurrentium ratione, eam in Domino magis reſtrin 1 A

*IN CAPVT II.*

A ¶ I*Nnouari, quod ad Paupertatem attinet, eſt relaxari ad redditus, vel poſſeſsionem vl-*

ſtringendam iudicarent.

a [a] In Domibus, vel Eccleſijs, quæ à Societate ad auxilium animarum admittentur,† red-
B ditus nulli, ne Sacriſtiæ quidẽ, aut ſtabricæ applicati, haberi poſsint: ſed neque vlla alia ratione, ita ut penes Societatem eorum ſit ulla diſpenſatio: ſed in ſolo Deo, cui per ipſius gratiam ea inſeruit, fiducia conſtituatur, ſine redditibus ullis ipſum nobis proſpecturum de rebus omnibus conuenientibus ad ipſius maiorẽ laudem & gloriam.

Poſſeſ-

*vllam in propriũ vſum, vel ad Sacriſtiam, vel ad fabricam, uel ad aliquem aliũ finem [b] præter id, quod ad Collegia, & Domos Probationum attinet, admittendum. Et ne in re, quæ tantum habet momẽti, Conſtitutiones mutẽtur; poſt emiſsã Profeſsionem vnuſquiſque promittat coram Præpoſito Generali, & ijs qui apud eum erunt, offeratque in conſpectu Creatoris & Domini Noſtri, quod numquam aſſentietur ad immutandum quod ad Paupertatem in Conſtitutionibus pertinet; nec in conuentu totius Societatis congregatæ, nec per ſeipſum vlla ratione id curando.*

[a] Inf. ſ. 5. & 6. & Exa. c. 1. ſ. 3. & 4. & p. 10. ſ. 5.

[b] Exa. c. 1. ſ. 4.

B ¶ *Si aliquis ex Fundatoribus Domorum vel Eccleſiarum vellet redditus aliquos ad fabricæ vſum relinquere; dummodo nec diſpoſitio eorum ad Societatẽ pertineat, nec ſit vnde ei competat actio in illos (quamuis id illi curæ eſſet, vt is cui tale munus commiſſum eſt, ſuum officium faceret) & ſic in rebus ſimilibus; non eſſet id à Paupertate Societatis alienum.*

3 † Profeſsi viuant ex eleemoſynis, in Domibus, cum aliquo non mittuntur: [a] nec officium Rectorum ordinarium in Collegijs, vel Vniuerſitatibus Societatis habeant (niſi ipſarum neceſsitas, vel magna vtilitas id exigeret)' † nec [c] redditibus eorum in Domibus vtantur.' C D

Coad-

*C ¶ In Collegijs Profeſſos nō habitare; intelligitur, diu in eis manēdo: [b] quāuis dū alio iter faciūt, diem aliquem, vel tempus congruum in eis manere poſſint: habitare autem [d] diu etiam poſſent, cū neceſſariū aut conueniēs ad ipſius Collegij, vel Vniuerſitatis bonū id eſſet; vt ſi ad gubernationē ſtudiorū eſſet neceſſarij; vel ſi legerent, aut in ſpiritualibus exercitijs Confeſsionū et Concionū, ad Scholaſticos, qui id præſtare deberent, ſubleuandos; vel ad id demum quod ipſi non poſſunt, præſtandum, occuparentur; vel ſi ad viſitanda & dirigenda huiuſmodi Collegia, vel Vniuerſitates mitterētur: quando etiam neceſſarium aut conueniens ad vniuerſale bonum id videretur; vt ſi aliquis cum expreſſa facultate Præpoſiti Generalis ſcribendi gratia per tempus aliquod, ſe eo reciperet.*

*D ¶ Res [e] minimæ ducuntur pro nihilo; et ita ad ſcrupulos eximēdos declaratur, vbi Rector eum qui iter per ipſius Collegium haberet, ac viatico egeret, viatico aliquo, ac eleemoſyna proſequeretur, recipi eam poſſe. Quòd autem Collegia ſuppleant aliquos ſumptus, quos ſi ipſa non facerent, facturæ eſſent Domus, ſi poſſent, vt veſtitum & viaticum eis qui ad Collegia ex Domibus mittuntur, prouidere: quamuis*

id

a P.4.c.10. A.
b P.4.c.2. F.
c Exa. c.1. §.4. & p. 4.c.2. §.5. & c. 10. §. 1. & p. 9. c.3. §. 18. & c.4. §.7. & p. 10. §.4.
d P. 4.c.2. F.
e P.4.c.2. F.

4 Coadiutores, quãdiu in Domibus erunt, quæ ex eleemoſynis viuunt, & ipſi eodem modo viuent. In Collegijs, ſi Rectores fuerint, vel Lectores, aut alioqui in rebus neceſſarijs, vel valde conuenientibus eiſdem Collegijs vtiles fuerint, viuent ſicut reliqui, ex eorum redditibus, quandiu eorum opera Collegia indigebunt. Cum autem deſierint vtiles eſſe Collegijs, deſinent in eis habitare; & in Domibus Societatis, vt de Profeſsis eſt dictũ, habitabũt.

5 [a] Non ſolum redditus, † ſed a Sup § 2.
E nec poſſeſsiones vllas habeant in

*id ſit, aut eſſe videatur Domum iuuare; nõ tamen eſt contra intentionẽ huius Conſtitutionis, quæ cauet, ne Collegiorum redditibus ad victum, et veſtitũ, & alias expẽſas proprias Domus iuuẽtur. Sic etiam intelligitur contra Conſtitutionem non eſſe, quòd in aliquo horto Collegij aliquid recreationis infirmi, vel ſani, qui ſunt in Domibus, ſumant; dum tamen expenſis Collegij, quamdiu ſunt in Domibus, non alantur: & tantumdem de rebus ſimilibus poteſt iudicari.*

E ¶ *Quia, vt in litteris Apoſtolicis dicitur, non eſt habitura Societas ius ciuile ad rem vllam ſtabilem, niſi ad ipſius habitationem & vſum eſſet opportuna; quidquid ſtabile illi datum fuerit, teneatur eo, quàm primum poterit, ſe exuere, ac vendere; vt pauperibus Societatis, vel externis, ſua in penuria ſubueniatur.*

*Quamuis hoc ita ſe habeat; tẽporis tamẽ opportu-*

*nitas*

*nitas ad vendendum non eſt excludenda. Et hoc intelligatur, cum res illa ſtabilis, neceſſaria nõ eſt ad Domus vſum, vt aliqua ex ſuperius memoratis. Aliarum rerum mobilium, vt pecuniarum, vel librorũ, vel earum, quæ ad victum & veſtitum pertineant, poteſt in communi Societas proprietatem ad vſum ſuũ habere.*

in particulari, nec in communi Domus vel Eccleſiæ Societatis, præterquã quod ad habitationẽ, vel vſum neceſſariũ eis, aut ualde conueniens fuerit; cu iuſmodi duceretur, ſi in uſum conualeſcentium, uel eorum, qui ut rebus ſpiritualibus uacent, ſe ab hominum frequentia recipiunt, locus aliquis à communi habitatione ſeparatus, qui aëre ſalubriori, & alijs cõmodis polleret, admitteretur: & tunc huiuſmodi ille ſit, ut nec alijs locetur, † nec fru- F
ctus, qui reddituum loco eſſe poſsint, habeat.

6 Quamuis ad bona & ſancta opera, & maxime perpetuo duratura incitare laudabile ſit; ob

maio-

*F ¶ Huiuſmodi eſſet, ſi vini, vel olei, vel tritici prouentũ dictæ poſſeſsiones ferrent; vel ſi fructus, & olera ex hortis venderentur; quorum nihil licebit. Quamuis fructibus, aut parte ipſorum ad commodum Domus ſuæ vti poſsint; ſi tamen Societas colonum aliquem, vel ſecularem hominem haberet, qui hortis vel agris, quos dictæ Domus habent, præeſſet; non eſſet etiã ei prohibendum, ne ad priuatam ſuam vtilitatem, quod videretur conuenire, ex dictis, faceret: dummodo tunc*

*nec*

maiorem tamen ædificationẽ,
nullus de Societate debet, nec
poteſt quemquam ad eleemoſy
nas perpetuas Domibus uel Ec
cleſiis eiuſdem Societatis relin
quendas, incitare: & ſi aliqui
ſponte ſua eas relinquerẽt; nul
lum ius ciuile ad eas petendas
in iudicio adquiratur. ſed cum
ad id charitas propter Deum
eos mouerit, tunc eas elar-
giantur.
7 [a] Omnes, qui ſub Obedien-
G tia ſunt Societatis, † memine-
rint ſe gratis dare debere, quæ
gratis acceperunt; nec poſtu-
lando, nec admittendo ſtipen-
dium, uel eleemoſynas ullas,
quibus Miſſę, uel Cõfeſsiones,
uel Prædicationes, uel Lectio-
nes, uel uiſitationes, uel quod-
uis aliud officium ex ijs quæ
Societas iuxta noſtrum Inſtitu
tum exercere poteſt, compenſa
ri uideatur: ut ſic maiori cum
libertate poſsit, & proximorũ
ędificatione, in diuino ſeruitio
procedere.
8 Vt omnis auaritiæ ſpecies euitetur, præcipue
in pijs miniſterijs, quibus ad animarũ auxilium

*nec ad Domos, nec ad particulares perſonas Societatis vtilitas interim vlla perueniret.*

*G ¶ Quamuis quicunq; voluerint, Domum vel Eccleſiam eleemoſynis iuuare poſsint (ſiue in ſpiritualibus ipſi ab ea iuuentur, ſiue non) tamen non debet quidquam accipi tanquam ſtipendium, vel eleemoſyna, pro ijs quæ ob ſolum Chriſti Domini Noſtri obſequium eis communicantur; ita vt hoc detur, aut accipiatur pro illo.*

*H ¶ In-*

[a] Exa c. 1. §. 3. & c. 4. § 27. & p. 4. c. 7. §. 3. & c. 19. §. 4. & c. 17. F. & p. 7. c. 4. §. 4. & B. & p. 10. §. 5.

So-

Societas vtitur;nulla ſit in Eccleſia arca,in quam eleemoſynæ ab ijs qui ad Conciones, Miſſas,vel Cōfeſsiones, & reliqua ſpiritualia ad eam conueniunt,conijci ſolent.

Eadem de cauſa munuſcula, quæ Magnati- 9
bus ad res maiores ab ipſis obtinendas offerri ſolent,ne offerantur: nec huiuſmodi primarios viros inuiſere Noſtri conſueſcant; niſi ſancto ſtudio piorum operum ducerentur; uel quando intima beneuolentia in Domino tā eſſent coniuncti, ut huiuſmodi officium aliquoties eis deberi uideretur.

a Inf. I. & Exa.c.4.§.27.& p.4.c.2.§.6.

[a] Parati ſint ad mendicandum oſtiatim, quan- 10
do uel Obedientia,uel neceſsitas id exiget. et ſit unus, uel plures ad eleemoſynas petendas, quibus perſonæ Societatis ſuſtententur, deſtinati: quas eleemoſynas ſimpliciter amore Domini Noſtri petent.

b P.3.c.1.§.7.

† Vt nihil [b] proprium Domi 11
teneri,ita nec foris apud alios H
poteſt.' Et quiſque ijs, quæ de cōmuni data fuerint ad uſum ſuum neceſſarium aut conueniētem, reſecatis ſuperfluis, ſit contentus.

Quo melius Paupertatis pu- 12
ritas,& quies illa quam ſecum affert,conſeruetur, non ſolum particulares Profeſsi,uel Coadiutores formati hæreditariæ ſuc-

*H ¶ Intelligendum eſt hoc abſolute de Profeſſis,& Coadiutoribus formatis. Ceterū in Scholaſticis, & alijs qui tempus Probationis nondum expleuerunt,hoc intelligi debet de re-*

ſucceſsionis non erunt capa-
ces, uerum nec Domus, nec Ec
cleſiæ, nec Collegia eorum ra-
tione. Sic enim, omnibus liti-
bus & controuerſijs præciſis,
charitas cum omnibus ad Dei
gloriam melius conſeruabitur.
13 [b] Quando Summus Ponti-
fex, uel Superior, huiuſmodi
Profeſſos, uel Coadiutores ad
laborandum in uineam Do-
mini mittet, [c] nullum uiaticũ
petere poſsint; ſed ſe liberali-
I ter repręſentent, † ut mittan-
tur, prout illis ad maiorem Dei
gloriam fore uidebitur.'
14 Vt in hac etiam parte modo
cõſentaneo debitæ Paupertati
k procedatur, † nullum in Do-
mibus Societatis iumentum
ad æquitandum, ad uſum ali-
cuius

*rebus ijs, [a] quæ in præſentia ſubſint eorũ diſpoſitioni. nihil enim horũ habere debent, niſi conſcio & approbãte Superiore. Neque vero ſermo eſt de bonis, quæ forte procul inde illi habent; de domibus ſcilicet, vel rebus alijs: [d] ſed quod ad hæc attinet, parati etiã eſſe debebunt, vt illis ſe abdicent, quandocunq; Superiori videretur: vt in Examine dictum eſt.*

a Exa. c. 4. §. 4.

b P. 7. c. 1. §. 1.

c Exa. c. 1. §. 5. & p. 7. c. 1. §. 3. & E. & c. 2. G.

d Exa. c. 4. §. 2. & 5. & p. 3. c. 1. §. 7 & F. & p. 4. c 4. E.

I ¶ *Id eſt pedites, vel equites cum pecunijs, vel ſine illis. & [e] omnino parati eſſe debebunt ad id faciendum, quod is qui mittit, magis conuenire, & ad maiorem ædificationem vniuerſalem fore iudicauerit.*

e Sup. §. 10. & p. 7. c. 1. E. & c. 2. G.

k ¶ *Niſi id fieret propter aduerſam valetudinem continuam, vel neceſsitatem vrgentem propter publica negotia, præcipue in amplis populis. Tunc*

*enim*

cuius de ipſa Societate (ſiuè Præpoſitus, ſiue ſubditus ille ſit) ordinarie habebitur.'

[a] In veſtitus itidem ratione 15
tria obſeruentur; Primum, vt
honeſtus ille ſit; Alterum, † vt L
ad vſum loci in quo viuitur, accommodatus;' Tertiũ, vt Profeſsioni Paupertatis non repu-
gnet. † videretur autem repu- M
gnare, ſi ſericis, vel precioſis pannis vteremur;' à quibus abſtinendum eſt: vt in omnibus [b] humilitatis & ſubmiſsionis, debita ad maiorem Dei gloriã ratio habeatur.

In ijs quæ ad rationem vi- 16
ctus, [c] ſomni, ac vſus reliquarum rerum vitæ neceſſariarũ, vel conuenientium ſpectant, † quam-

a Exa. c. 4. §. 26 & p. 3. c. 2. §. 3. & C.

b Sequenti §.

c P. 3. c. 2. E. & p. 4. c. 4. §. 1.

d Exa. c. 1. Y.

*enim potius vniuerſalis boni, & ſanitatis Noſtrorum, quam temporis definiti, aut perpetui, quámque ſuis, vel alienis pedibus incedendi, ratio eſt habenda; intuendo ſemper quod neceſſariũ & honeſtum ſit, & nulla ratione quod ad pompã vllã pertineat.*

L ¶ *Vel ſaltẽ quòd omnino non recedat.*

M ¶ *Hoc intelligendum eſt in ijs, quibus Domus nouas veſtes prouidet:* [d] *non tamen repugnat, quòd qui Societatem ingrediuntur, ſi panno precioſiore, aut re ſimili induti venerunt, eo vti poſsint: nec etiam, ſi in occurrenti aliqua occaſione, vel neceſsitate quis veſtibus melioribus, honeſtis tamen, indueretur: ſed ad ordinarium veſtiendi modum eis vti non debent. Eſt nihilominus conſiderandum quòd non omnes eiſdem viribus naturalibus, nec ſanitate corporis, nec ætate ad eam conuenienti,*

*pol-*

N † quamuis[a] communis illa ſit, minimeq; diuerſa ab eo, [b] quod Medicus illius loci, in quo viuitur, iudicabit :' ita vt quod quiſque ſibi inde ſubtraxerit, ex deuotione, non ex obligatione ſubtrahat. [c] habenda tamen ſemper erit ratio humilitatis, Paupertatis, ac ſpiritualis ædificationis, [d] quæ ſemper nobis in Domino ob oculos verſari debet.

*pollent : atq; ita iuxta maius particulare bonum huiuſmodi perſonarum, et vniuerſale aliarũ multarum, id conſiderandum eſt; et quoad eius fieri poterit, ad maiorem Dei gloriam prouidendum.*

a Exa. c. 1. §. 6.
b P. 3. c. 2. G.
c Sup. §. 15. & Exa. c. 4. §. 26.
d P. 7. c. 4. §. 2.

N ¶ *In particularibus, ſi magis vel minus neceſſarium erit, iuxta circunſtantias perſonarum; relinquetur diſcretioni eorum qui ipſis præſunt; vt quemadmodũ eis conueniet, prouideant.*

## DE IIS REBVS, IN QVIBVS *occupari, & à quibus abſtinere debent qui in Societate ſunt.*

### *Cap.* III.

1 QVoniam habita ratione temporis, ac approbationis vitæ, quæ expectatur, vt aliqui ad Profeſſioné, vel in Coadiutores formatos in Societate admittantur, tanquam certũ ducitur, eos viros ſpirituales futuros; & qui ſic in via Chriſti Domini Noſtri profecerint, vt per eá currere poſſint, quantum corporis valetudo, & ex-

& externæ occupationes charitatis atque Obedientiæ permittent: non videtur in ijs [a] quæ ad orationem, meditationem, & ſtudium pertinent, vt nec in corporali exercitatione ieiuniorum, vigiliarum, aut aliarum rerum ad auſteritatem vel corporis caſtigationem ſpectantium, † vlla regula eis præſcribenda; niſi quam diſcreta charitas vnicuique dictauerit: [b] dum tamen ſemper Confeſſarius conſulatur, & vbi dubiũ acciderit, quid conueniat, res ad Superiorem referatur. Hoc tamen dicetur in vniuerſum; eſſe quidem animaduertendum, [c] ne nimius huiuſmodi rerum vſus tantopere vires corporis debilitet, tantumque temporis eos diſtineat, vt dein de ſpirituali proximorũ auxilio, iuxta noſtri Inſtituti rationem non ſufficiant: nec contra tanta in illis ſit relaxatio, vt feruore ſpiritus refrigeſcente, humani ac inferiores affectus incaleſcant. A

2 Sacramentorum frequentatio valde commendetur. [d] Differri autem non debet Cõmunio, aut Miſſæ celebratio ſine cauſis

a P.3. c.1. R.

b Exa.c.1. §.6. & C. & p.3.c.1. §.12. & c. 2.§.5.

c P.3. c.2. §.1.

d Exa.c.4. §.25. & p. 3. c.1. § 11 & p.4. c 4.§.3. & B.

### IN CAPVT III.

A ¶ *SI quibuſdã conuenire iudicabitur certum tempus præſcribi, ne excedant, vel deficiant in ſpiritualibus exercitijs; Superior id facere poterit. Sic etiam in vſu aliorum mediorum, ſi ipſe omnino iudicaret aliquo vtendum eſſe, non id relinquendo arbitrio cuiuſquam particularis perſonæ, procedet, vt in Domino conuenire*

cauſis iudicio Superioris legitimis, vltra octo dies: [a] omneſque aſſignato ſibi Confeſſario, vel alioqui iuxta ordinem, quem quiſque præſcriptum habet à Superiore, confiteantur.

3 Ex Regulis particularibus, quæ in Domibus, vbi ipſi fuerint, obſeruantur, debent operam dare, vt eam partem obſeruent, quæ conueniens eſt, ac iudicio Superioris ipſis imponetur; ſiue ad profectum vel ædificationem ſuam id ſit, ſiue etiam aliorum, inter quos verſantur.

4 Quoniã occupationes, quę ad animarum auxilium aſſumuntur, magni momẽti [b] ſunt, ac noſtri Inſtituti propriæ, & valde frequentes; cumque alioqui noſtra habitatio tam ſit in hoc vel in illo loco incerta;

B †non vtentur Noſtri choro, ad Horas Canonicas, vel Miſſas, & alia officia decantãda: quandoqui-

*nire iudicabit. Subditi autẽ erit, cum omni deuotione, quod ſibi præſcriptum fuerit, amplecti.* [a] P.3.c.1. §.11. & L. & Q.

B ¶ *Si in quibuſdã Domibus vel Collegijs ſic conuenire iudicaretur; eo tempore, quo veſperi prædicãdum, vel legendum eſt, ad populum detinẽdum ante huiuſmodi Lectiones vel Cõciones, poſſet veſpertinum officium tantum dici. Sic etiam ordinarie Dominicis & feſtis diebus, ſine cantu figurato vel firmo, vt vocãt, ſed tono quodam deuoto, ſuaui, & ſimplici: & id in hũc finem; & quatenus iudicaretur, quod populus ad magis frequentandas Confeſſiones,* [b] Exa.c.1. §.2.& p.4. proœ.

O Concio-

*Conciones, et Lectiones moueretur, et non aliter. Eodem tono officium, quod tenebrarum dici ſolet, cum ſuis cærimonijs in hebdomada ſancta fieri poſſet.*

a P.4. c.2. §.4.& B.

b P.4. c.1. A.

*[b] In Miſsis maioribus, quæ dicētur (licet ſubmiſſa voce) habita deuotionis et decentiæ ratione, licebit duos veſtitos ſuperpellicijs, uel unum aſsiſtere; prout in Domino fieri poterit.*

c P.4. c.2. §.4.& B.

*C ¶ Quod ad Collegia attinet, in quarta Parte attingitur quid horum poſsit tolerari: Domibus quidem omnino conuenit tale onus non ſuſcipere.*

doquidem illis, quos ad ea audienda deuotio mouerit, abunde ſuppetet, ubi ſibi ipſis ſatiſfaciāt. Per Noſtros autē ea tractari conuenit, quæ noſtræ vocationis ad Dei gloriā magis ſunt propria.

Cum [a] homines itidem huius Societatis ſemper parati eſſe debeant ad diſcurrendum per quaſuis mūdi partes, quo fuerint à Summo Pōtifice, vel à ſuis Superioribus miſſi; non debent curam animarum, neque item mulierum Religioſarum, vel aliarum quarumcunque ſuſcipere, ut ordinarie illarum Confeſſiones audiant, uel ipſas regant: quamuis nihil repugnet ſemel unius Monaſterij Confeſſiones, ob ſpeciales cauſas audire.

† Obligari [c] etiam ad Miſſas perpetuas in ſuis Eccleſijs dicendas, uel ad curam ſimilem, quam libertas noſtro procedēdi modo in Domino neceſſaria non patitur, minime cōuenit.

Vt

*D ¶ Hoc*

7 Vt [a] plenius poſſit Societas rebus ſpiritualibus iuxta ſuum
D Inſtitutũ uacare, † quoad eius fieri poterit, à negotijs ſecularibus abſtineat (qualia ſunt Teſtamentariorum, uel Executorum, uel Procuratorum rerum ciuilium, aut id genus officia) nec ea ullis precibus adducti, obeunda ſuſcipiant, uel in illis ſe occupari ſinant. Quod ſi Collegiorum aliqua negotia tractanda fuerint, ſuum habeant Procuratorẽ, per quem ea tractent, & iura ſua tueantur. Si uero ad Domos Societatis, uel ad totum eius corpus pertinent; quo pacem ſuam melius conſeruare poſſit Societas, idẽ Procurator, uel alius ex Coadiutoribus, uel demum aliquis extra Societatem, aut Familia quæpiam, quæ Domus patrocinium ſuſciperet, ius Societatis ad maiorem Dei gloriam poſſet defendere.

[a] P.9. c.6. §.4. & B.

D ¶ *Hoc obſeruetur, quoad eius fieri poterit: Superiori tamen ad caſum aliquem neceſsitatis, uel maioris momenti, ad finẽ diuini ſeruitij præfixũ, facultas diſpenſandi ad tempus relinquetur. Hic autem Superior, Præpoſitus Generalis erit, uel qui ab eo facultatem ad hoc acceperit.*

E ¶ *Si*

8 Eadem de cauſa, utque inquietudinis, à noſtra Profeſsione alienæ, occaſiones euitentur, [b] & melius pax ac beneuolentia cum omnibus ad maiorem Dei gloriam conſeruetur; nemo ex Profeſſis, uel Coadiutoribus, uel etiam Scholaſticis Societatis in cauſis ciuilibus, nedum crimina-

[b] P.10. §. 11. & B.

libus, † ſe examinari (niſi, qui ad peccatum obligare poteſt, compelleret) ſine licentia Superioris permittat.' Superior autem eam minime dabit, niſi in cauſis quæ ad Religionem Catholicam pertinent, vel alioqui in pijs, quæ ſic cedunt in huius fauorem, vt in alterius detrimētum non cedant: quandoquidē Inſtituti noſtri eſt, ſine cuiuſquam offenſione, quantum fieri poteſt, omnium in Domino commodis inſeruire. E

E ¶ *Si Superior alicui facultatē daret, vt in cauſa ciuili examinaretur, in gratiam alicuius, cui id denegari non poſſe videretur; limitatio tūc neceſſaria erit, quæ prohibeat, ſi quis articulus criminalis vel infamatorius occurrerit, in eo examinari: ad hoc enim nullus Superior facultatem dare debet.*

## DE AVXILIO, QVOD MORIENTIBUS *in Societate præſtatur: & de ſuffragijs poſt mortem.* Cap. IIII.

VT in vita vniuerſa, ita, & multo magis, in morte vnuſquiſque de Societate eniti, & curare debet, vt in ipſo Deus ac Dominus Noſter IESVS Chriſtus glorificetur, ipſiuſque beneplacitum impleatur; & [a] proximi ædificentur, ſaltem exemplo patientiæ, ac fortitudinis, cum fide viua, ac ſpe, & amore bonorum illorū æternorum, I

a Exa.c.4. §.32.

norum,quæ nobis Chriſtus Dominus Noſter tã incomparabilibus vitæ ſuæ temporalis laboribus, & morte promeruit,& acquiſiuit.Cum tamen perſæpe huiuſmodi ſit morbi ratio,vt vſum virium animæ magna ex parte impediat; cumq; huiuſmodi ſit ille à temporali vita tranſitus, vt propter graues impugnationes Dæmonis (à quo ſummopere refert non ſuperari) requirat ſubſidium fraternæ charitatis; ſolicite aduertat Superior, vt qui iuxta medici ſententiam de vita periclitatur, antequam vſu iudicij priuetur, omnibus Sacramentis ſanctis acceptis, tanquam armis à diuina liberalitate Chriſti Domini Noſtri nobis conceſſis, ad tranſitum à temporali vita ad æternam, ſe muniat.

2 Iuuari etiam debet orationibus omnium domeſticorum valde peculiaribus, donec animã ſuo Creatori reddat. Et præter alios qui ingredi poſſunt,
A plures †aut pauciores pro arbitrio Superioris, aliqui delecti ſint oportet peculiarius, ut infirmum morti proximum inuiſant, & ei aſſiſtant, & animoſiorem reddant; eaque ſuggerant, eiſque auxilijs iuuent, quæ eo tempore conuenient. & cum iam alijs rebus iuuari non poterit, eum Domino cōmen-

*IN CAPVT IIII.*

A *SI aliqui ex infirmis, quod in phreneſim inciderint, vſu rationis priuati ſint (quo in ſtatu quidquid dixerint, nihil habet vel culpæ vel meriti) vel ſi contingeret eſſe aliquos, qui minus ædifi*

mendent, donec eius animam à corpore diſcedentem dignetur ad ſe recipere, qui eam tam caro pretio ſanguinis & uitæ ſuæ redemit.

Poſteaquam quis expiraue- 3
rit, uſque ad ſepulturam eius
corpus decenter, † quandiu B
conueniet, teneatur.' Poſtmo-
dum † abſoluto officio, coram C
domeſticis pro more ſepeliatur:' & mane proximo poſt eius mortem, omnes Sacerdotes domeſtici, pro eius anima Miſſæ Sacrificium offerant: reliqui uero peculiari oratione pro eodem diuinam implorēt clementiam; atque in eo perſeuerent ulterius, iuxta Superioris arbitrium, & cuiuſuis priuatam deuotionem, & obligationes quæ in Domino intercedunt.

Reddantur etiam certiores 4
alij de Societate, in locis illis quæ Superior conuenire iudicauerit, ut ſimile officium pręſtent: ita ut charitas erga eos qui

*ædificationis in ſua ægritudine, quam par eſſet, præberent; vtriſque paucos aſsiſtere ex ijs, quibus magis confideretur, oporteret.*

B ¶ *In aliquo poſsēt aliquot horæ deeſſe ad diē naturalem, quando mali odoris ratione (præſertim cum viget æſtus) iudicio Superioris, anteuerti id tempus poſſe videretur: ordinarium tamē ſpatiū id erit, quod dictum eſt.*

C ¶ *Vſus habet, vt officium dicatur tono mediocriter alto, ſine cantu; præſentibus in Eccleſia domeſticis, cum ſuis candelis accenſis, & cet.*

DE-

qui uita perfuncti ſunt, non minus quàm erga viuentes, in Domino demonſtretur.

## QVOD CONSTITVTIONES *peccati obligationem non inducunt.* *Cap. V.*

CVM [a] exoptet Societas vniuerſas ſuas Conſtitutiones, Declarationes, ac viuendi ordinem, omnino iuxta noſtrum Inſtitutum, nihil vlla in re declinando, obſeruari; optet etiam nihilominus ſuos omnes ſecuros eſſe, vel certe adiuuari, ne in laqueũ vllius peccati, quod ex vi Conſtitutionum huiuſmodi, aut ordinationum proueniat, incidant; viſum eſt nobis in Domino, [b] excepto expreſſo Voto, quo Societas Summo Pontifici, pro tẽpore exiſtenti, tenetur, ac tribus alijs eſſentialibus, Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, nullas Conſtitutiones, Declarationes, vel ordinem vllum viuendi, poſſe obligationem ad peccatum mortale vel ueniale inducere; niſi Superior ea In Nomine Domini Noſtri IESV Chriſti, vel [c] In virtute Obedientiæ iuberet; quod in rebus, vel perſonis illis, in quibus iudicabitur, quòd ad particulare uniuſcuiuſque, uel ad uniuerſale bonum multum conueniet, fieri poterit; & loco timoris offenſæ, ſuccedat amor & deſiderium omnis perfectionis; & ut maior gloria & laus Chriſti Creatoris, ac Domini Noſtri conſequatur.

a Sup. c. 1. §. 1. & p. 4. c. 10. §. 5. & p. 9. c. 3. § 8. & c. 6. A. & p. 10. §. 13.

b P. 5. c. 3. §. 3.

c P. 9. c. 3. §. 20.

# SEPTIMA PARS

## DE IIS QVÆ PERTINENT ad admiſſos in corpus Societatis ad proximorum vtilitatem per vineam Domini diſtribuendos.

### DE MISSIONIBVS SVMMI Pontificis. Cap. I.

VT In ſexta Parte 1
de ijs dictũ eſt,
quæ obſeruãda
ſũt cuiq; de So-
cietate erga ſe-
ipſum, ita in hac ſeptima de ijs
dicendum eſt, quæ erga proxi-
mos ( [a] qui finis noſtri Inſtitu-
ti valde proprius eſt) dum diui-
duntur per Chriſti vineam, vt
in ea illius parte, atque opere,
quod ipſis commiſſum fuerit,
ſe exerceant, obſeruari debent;
† ſiue à Summo [b] Chriſti Do- A
mini Noſtri Vicario, ſiue à Su-
perioribus Societatis, qui etiã
diuinæ Maieſtatis loco ipſis
præſunt, per diuerſa loca mittã
tur; ſiue ipſimet ſibi eligãt vbi,
&

*DECLARATIONES.*
*In ſeptimam Partem.*

*IN CAPVT I.*

A ¶ *Hi ſunt quatuor modi vniuerſaliores, noſtros diuidendi per Chriſti Domini Noſtri vineam; de quibus totidẽ capitibus ſeptimæ huius Partis agitur.*

B ¶ *Inten-*

[a] Exa.c.1. §. 2. & p. 1.c.2.§.8. & c.3.§.1. & p.3.c.1. §.9.& p.4. procœ.& c. 12.§.1. & p.6.c.3.§. 4.& p.10. §.2.

[b] P.6.c.2. §.13.

&qua in re occupētur; [a] ſi ipſorum iudicio relictum fuerit, vt diſcurrant quacunque maius Dei & Domini Noſtri obſequium, & animarum profectū aſſequi ſe poſſe arbitrētur: ſiue labor ſit impendendus, non loca peragrādo diuerſa, ſed in ſtabili ac cōtinua habitatione, in aliquibus locis, vbi magnus diuinæ gloriæ & obſequij prouentus ſperatur. Et vt primo loco de Miſſione Summi Pontificis, vt inter ceteras præcipua, tractetur; animaduertēdum eſt B quòd † eo fertur [b] intentio Voti illius, quo ſe Obedientię Sūmi Chriſti Vicarij, ſine vlla excuſatione Societas obſtrinxit, vt quocumque gentium ad maiorem Dei gloriam, & animarum auxiliū inter fideles, [d] vel infideles, nos mittendos cenſuerit, nos conferamus. Nec intellexit Societas particularē aliquem locum; ſed vt per [e] orbem in diuerſas regiones, & loca ſpargeretur; cum optaret, quod factu optimum eſſet, eligere; idque ſperaret futurum, ſi

*B ¶ Intētio quarti Voti ad Summū Pontificem, non tendebat ad locū aliquē particularem: ſed vt per varias mundi partes, qui vouebant, ſpargerētur. Cum enim qui primi conuenerunt in hāc Societatem, ex diuerſis prouincijs & regnis eſſent, nec eis conſtaret, inter quas regiones fideliū [c] vel infidelium verſari deberent; ne in via Domini errarent, promiſſionem illam, vel Votū emiſerūt, vt Summus Pontifex eos ad maiorem Dei gloriam, & iuxta ipſorum intētionē, per orbem diſcurrendi,*

[a] Inf. §.7. & c.3.§.1.

[b] Exa.c.1. §.5.& p.5. c.3.§.3. & C.

[c] Inf.c.2. C. & p.9. c.3.F.

[d] Inf.c.2. C.& p.9.c. 3.F.

[e] Inf. c.2. H. & Exa. c.4. §.35. & p.3.c.2. G. & p.4. proœ. A.

ſi hanc ipſius diſtributionem Summus Pontifex faceret.

Et in hac parte, cum omnẽ 2
proprium ſenſum ac uoluntatem Chriſto Domino Noſtro, & eius Vicario Societas ſubiecerit, † nec Superior pro ſeip- C
ſo, nec quiſquam alius ex inferioribus pro ſe, uel pro alio curare nec tentare mediate, uel immediate cum Summo Pontifice, uel eius miniſtris poterit, ut reſidere, uel mitti potius in hanc partem, quam in illam debeat: ſed [a] inferiores hanc curam uniuerſam Sũmo Chriſti Vicario, ac Superiori ſuo; Superior uero, quod ad ſuam perſonam attinet, † Sum D
mo Pontifici, & ipſi Societati in Domino relinquat.

a Inf.c. 2. C. & I. & c.3.§.1.

[b] Præterea, qui à Summo
Pontifice deſignatus fuerit, ut 3
aliquo ſe conferat; ſe ipſum liberaliter, re temporali nulla pro uiatico per ſe, uel per aliũ po-

b Exa.c 1. §.5.&p.6. c.2.§.13. &I.

*rendi, diſtribueret; & ſicubi optatum ſpiritualẽ fructum non inuenirent, vt inde in alium atque alium locum, maiorem Dei gloriã & animarum auxilium inueſtigãdo, ſe conferrẽt.*

C ¶ *Cum aliquis ex inferioribus ad locum aliquẽ vel opus deſignaretur, ad quod mittendus non fore, rebus à Summo Chriſti Vicario bene perſpectis, iudicaretur; Præpoſitus Generalis pleniorem notitiam eius Sanctitati dare, omnibus tandem ipſius arbitrio relictis, poterit.*

D ¶ *Societas eſſe intelligerentur, qui ex eadem in loco vbi agit Præpoſitus Generalis, inuenirentur; qui*

poſtulata, offerat: quin potius ſic à Summo Pontifice mittatur, † ut eius Sanctitas ad maius Dei, & ſedis Apoſtolicę obſequiũ fore, nulla rei alterius in eo habita ratione, iudicauerit.'

4 Si Summus Pontifex perſonam non deſignaret, ſed aliquem uel plures ad hunc uel illum locum proficiſci iuberet, Superioris arbitrio relinquendo, qui ſint ad huiuſmodi Miſſionem aptiores; Superior iuxta eius præceptum, eos qui magis conuenire, & aptiores ad id fore uidebuntur, deſignabit. Qua in re maius bonum uniuerſale intuebitur, & ut quàm minimum detrimentum alia opera ad Dei obſequium ſuſcepta, patiantur.

5 [a] Ei qui ſic miſſus fuerit, plene declarari conuenit plurimum Miſsionem ſuam, & ſcopum,

*qui poſſent quod res habet, bene Summo Pontifici referre, ſi aliorum relatu diuerſo adduci videretur, vt Præpoſitum Generalem, quo non conuenit ad commune bonum Societatis, & maius Dei obſequium, mittere cogitaret.*

E ¶ *Hoc ſane repræſentari poterit, immo debebit, per Prælatũ aut quemuis alium, per quem Summus Pontifex iubet aliquo proficiſci, quæ ſit ipſius mens, [b] de modo itineris conficiendi, & ibidem quo mittitur, manendi; num ex eleemoſynis propter Chriſti amorem emendicatis, an alio modo viuendo: quod enim Summo Pontifici melius videbitur, deuotius & ſecurius in Domino fiet.*

[a] Inf. c. 2. §. 2. & L.

[b] Inf. c. 2. G. & p. 6. c. 2. §. 13. & I.

F ¶ Si

pum, quo fertur Summi Pontificis intentio, & effectum, cuius gratia mittitur: † & hoc, ſi F
fieri poteſt, in ſcriptis; quo exactius, quod ei iniunctum fuerit, explere poſſit. † Eundem G
etiam Superior iuuare conſilijs ac inſtructione, quoad eius fieri poterit, curabit; vt in omnibus ad Dei, & ſedis Apoſtolicę obſequium, vtilius ſuum impendat miniſterium.

*F ¶ Si id non obtinebitur, curā dū certe erit, vt verbo tenus, mēs Summi Pontificis intelligatur: ſiue ipſemet eam immediate, ſiue per Superiorem, vel Prælatum, vel quemuis aliū ei qui mittitur, declaret.*

*G ¶ Superior etiam aliquibus documentis adhibitis, non ſolum in ſuis, ſed etiam Summi Pōtificis Miſſionibus iuuare poterit: vt melius quod ad Chriſti Domini Noſtri obſequiū quæritur, conſequatur.*

[a] Inf. c.2. H. & p.9. c.3.G.

[a] Si ad particularia loca, tempore minime limitato, per Summum Pontificem mittetur; ad tres menſes ibidem manendum ei eſſe intelligatur: & magis, aut minus, pro modo maioris aut minoris ſpiritualis fructus, qui inde percipi videbitur, vel alibi ſperabitur; vel demum vt ad bonum aliquod vniuerſale magis expedire iudicabitur. Quæ omnia, iuxta Superioris arbitrium, qui ſanctam intentionem Pontificis, in Chriſti Domini Noſtri obſequium conſiderabit, tranſigentur. 6

[b] Sup. §.1. & inf. c.3. §.1.

Cum [b] in locis deſignatis diutius erit reſidendum, ſi fieri poterit ſine detrimento principalis Miſſio- 7

Miſſionis, atque intentionis Summi Pontificis, excurſiones aliquas, ſi poterit, & cum fructu diuini ſeruitij eas fore iudicabit, facere, non erit inconueniens: vt in locis vicinis, animarum auxilio ſeruiens, poſtmodum ad ſuæ reſidentiæ locum redeat: in quo quidem, præter id quod eſt ei peculiari ratione iniunctum (ad quod præcipuã etiam conferet curam, nec propter alias occaſiones, licet bonas, diuini obſequij poſthabebit) poteſt, & debet conſiderare, quibus alijs in rebus, quæ ad Dei gloriam, & animarum ſalutem cõferant, ſuam operam ſine detrimento ſuæ Miſſionis (vt dictum eſt) poſſit impendere. Opportunitatem autem, quam Deus ad id dederit, quantum in eodem conuenire iudicabit, è manibus elabi non ſinet.

8 Ad finem noſtræ Profeſſionis ac promiſſionis melius conſequendum, Præpoſitus Generalis, cum nouus Chriſti Vicarius in Apoſtolica ſede fuerit conſtitutus, per ſe, vel per alium, intra annum ab eius creatione & coronatione, teneatur eius Sanctitati declarare Profeſſionem, [a] ac promiſſionem expreſſam Obediẽtiæ, qua ipſi Societas peculiari Voto circa Miſſiones ad Dei gloriam ſe obſtrinxit.

[a] Sup. §. 1.

DE

IN CAP. II. DE MISSIONIBVS Superioris Societatis.

Cap. II.

QVO † ſpirituali animarũ necesſitati ſubueniri multis in locis maiori cum facilitate ac ſecuritate eorum, qui ad id fuerint deſtinati, poſsit;'† a Præpoſiti Societatis, iuxta facultatem eis à Summo Pontifice conceſſam, mittere quoſuis de Societate poterunt,'† quocunque magis expe- I A B C

A ¶ Facilius & expeditius pluribꝰ locis (præſertim ſi remoti ſint à ſede Apoſtolica) per Superiorem Societatis prouideri poteſt, quam ſi ſemper eis qui hominibus Societatis indigent, eſſet Summus Pontifex adeundus. Particularibus etiam ſecurius eſt, ſi cum ſuorum Superiorum Obedientia, quam ſi pro arbitratu ſuo (etiamſi id poſſent) et non ab ijs miſſi proficiſcerẽtur, b à quibus Chriſti Domini Noſtri loco, vt ab interpretibus diuinæ voluntatis, ſunt regendi.

a P.9. c.3. §.9. & F. & G.

b Inf. hoc §.1.

B ¶ Vt poteſt Præpoſitus Generalis reliqua munera per ſe ipſum, & per inferiores; ita & hoc mittẽdi ſuos, reſeruatis Miſsionibus, quas duxerit reſeruãdas, obire poterit.

C ¶ c Mittere quocunque eis videbitur, inter fideles, etiam in Indias, & inter infideles, præſertim vbi aliqua eſſet habitatio fideliũ, vt in Græciam, & cet. intelligendum eſt. Vbi eſſent omnino infideles, conſiderare admodum Superiorem oportebit in conſpectu Domini, num mittere, nec ne, & quo, & quos debeat.

c Sup. c.1. §.1. & B & P.9. c.3. F.

d Semper autem erit ſubditi, Miſsionem ſuam, vt de manu

d Sup. c.1. §.2.

expedire iudicabunt; qui tamē vbicunque fuerint, ad Obediētiam ſedis Apoſtolicæ parati erunt. Et quia complures sūt, qui aliquos ex Noſtris ſibi cōcedi petāt, potius propriç obligationis ſpiritualis erga ſuum gregem, vel aliorum commodorum, à fine noſtro magis diſtantium, ratione habita, quàm communium et vniuerſalium; Præpoſitus Generalis, vel qui ab eo hanc habuerit facultatē, diligenter in huiuſmodi Miſ-
D ſionibus curet, † vt in ſuis ad hanc

*manu Domini, hilari animo ſuſcipere.*

D ¶ *Vt in mittendo ad hūc vel ad illum locum, rectius procedatur, præ* [a] *oculis habēdo maius diuinum obſequiū, et vniuerſale bonum, ut regulam ad quā exigi Miſſiones oportet; eligēda videtur, in tā ampla Chriſti Domini Noſtri uinea (paribus ceteris; quod in omnibus quæ ſequuntur debet intelligi) eius pars illa, quæ magis indiget; tam ob penuriam aliorum operariorum, quàm ob miſerum ſtatum, & infirmitatem proximorum in ea, & damnationis extremæ periculum.*

a Inf. hoc §. 1. & E.

*Conſiderandum eſt etiā, unde uериſimile ſit fructum uberiorem, ex medijs proximi iuuandi quibus utitur Societas, prouenturum; inde ſcilicet, ubi oſtiū apertius, & maior diſpoſitio, & facilitas in hominibus, ut iuuari poſſent, uideretur: quod quidem poſitum eſt in eorū maiori deuotione, ac deſiderio (quod ex inſtantia qua Noſtros petunt, ex parte intelligi poteſt) uel in conditione et qualitate perſonarum,*

*quæ*

*quæ magis ſint idoneæ, vt iuuari, & fructum quē cœperint, ad Dei gloriam conſeruare poſsint.*

*Vbi magis debemus, vt in locis illis, in quibus Domus vel Collegia Societatis ſunt, vel aliqui ex ea, qui ſtudent, & beneficentia populi iuuantur (ſi paria eſſent cetera quæ ad ſpiritualem profectum attinēt) magis conueniret aliquos noſtros operarios verſari, & huiuſmodi loca talem ob cauſam, iuxta ordinem perfectæ charitatis, aliis præferri.*

a Inf.E. *Quia bonum, quo* [a] *vniuerſalius, eo diuinius eſt; illi homines, & loca, quæ cum profecerint, in cauſa erūt vt bonum ad multos alios qui eorum auctoritatem ſequuntur, vel per eos reguntur, perueniat; debent præferri. Sic ſpirituale auxiliū, quod hominibus magnis & publicis (ſiue ſeculares, vt Principes, Domini, Magiſtratus, vel Iuſtitiæ miniſtri; ſiue eccleſiaſtici illi ſint, vt Prælati) quodque viris doctrina & auctoritate eminentioribus confertur, maioris momenti eſſe propter rationem eandem boni vniuerſalioris exiſtimandum eſt: propter quam etiam, auxilium impenſum magnis gētibus, vt Indis, vel populis primariis, vel Vniuerſitatibus, quo ſolent multi confluere, qui ſi iuuentur, ipſi operarii eſſe ad alios iuuandos poterunt, debeat præferri.*

*Vbi itidem intelligeretur inimicus Chriſti Domini Noſtri ſeminaſſe zizania, ac præcipue effeciſſe, vt male ſentiant, uel male affecti ſint in Societatem, quo impediatur fructus, qui ex ea poſſet prouenire; tunc impenſius eſſet incumbendum; præſertim ſi alicuius momenti, & cuius habenda ſit ratio, is locus eſt:*

hanc potius, quam ad illã partem mittendis,' & † ad hoc opus potius, quam ad illud.' & vt *eſt: eoque mittendi eſsẽt homines, ſi fieri poſſet, qui vitæ exemplo, & doctrina, conceptam ex falſis narrationibus malam opinionem remouerent.*

E ¶ *Ad meliorem ac certiorem operum electionẽ, ad quæ Superior ſuos mittit,* [a] *eadem regula ob oculos verſetur; ſcilicet diuinus honor maior, maiuſque bonum vniuerſale. hæc enim conſideratio iuſtiſsime ad mittendum in hunc locum potius, quam in illum mouere poteſt.* Et *vt aliqua quæ ad alterutram partem poſſunt momentum habere, attingantur; in primis, cum poſsint, qui de Societate ſunt, operam ſuam collocare, vbi bona ſpiritualia quæruntur, & etiam vbi corporalia, in quibus etiam miſericordia & charitas exercetur; cum itidem aliqui poſſint in rebus maioris ſuæ perfectionis, & minoris, & demum in rebus ex ſe melioribus, & minus bonis iuuari;* [b] *ſi vtraque ſimul præſtari non poſſunt, priora (ceteris paribus) ſecundis ſemper eſſent præferenda.*

a Sup D. & inf. hoc §. 1.

b Inf. c. 4. §. 9.

*Cum etiam res aliquæ in diuino ſeruitio magis vrgeant, aliæ minus, quòd remedij dilationem melius ferant; quamuis alioqui æqualis eſſent momenti, priores poſterioribus ſunt anteponendæ.*

*Cum etiam quædam peculiari quodam modo ad Societatem pertineant, uel cernatur alios non eſſe, qui eiſdem vacent; rurſus aliæ, quarum curam, et modum eiſdem proſpiciendi, alij habent; priores in Miſ-*

P *ſionibus*

*ſionibus priorem locum habere æquum eſt.*

*Sic etiam inter pia opera, quæ æqualis eſſent momenti ac neceſſitatis, & quæ æqualiter vrgerent, ſi aliqua ſecuriora tractanti, alia vero periculoſiora eſſent; & rurſus, aliqua quæ facilius & expeditius, alia quæ maiori cum difficultate & longiori tempore abſoluuntur; priora etiam debent præferri.*

a Sup. D. & int. c.3. §.2.

[a] *Ceteris, quæ dicta ſunt, paribus, cum etiam ſint aliquæ occupationes vniuerſalioris boni, & quæ ſe ad plurium auxilium extendunt, vt concionari, vel legere; aliæ magis particulares, vt Confeſſiones audire, vel exercitia ſpiritualia tradere; ſi vtriſque vacari non poteſt, priores præferantur: niſi aliquæ circunſtantiæ mouerent, vt ſecundæ magis conuenire viderentur. Cum etiam quædam pia opera diuturniora, & ſemper profutura ſint, vt fundationes aliquæ piæ, quæ ad proximorum auxilium inſtituuntur; alia minus diuturna, quæ raro, & ad tempus exiguum iuuãt; conſtat priora ſecũdis eſſe præferẽda. et ſic Præpoſitus Societatis potius ad hæc, quã ad illa, ſuorũ operam conferre debet. Fiũt vero hæc omnia propterea quòd ad maius Dei obſequiũ, maiusq; proximorũ bonũ ita conueñiat.*

b Proœ. Conſti. & p.1.c.2.§. 13. & p.4. c.8.§.8.

F ¶ [b] *Quamuis ſumma prouidentia, & Sancti Spiritus directio, ea ſit, quæ efficaciter meliora cum in alijs omnibus eligere faciat, tum in mittẽdis ad quẽuis locũ illis, qui magis conueniẽt, et quadrabunt perſonis & rebus, propter quas mittuntur; illud tamen* F

& † vt hanc perſonam potius, quàm illam mittat,' † hoc,

in

*in vniuerſum dici poteſt; primum, quòd ad res grauiores, & in quibus plus refert non errare (quoad ſitum in eo fuerit cũ diuina gratia, qui prouidere debet) mitti viros magis delectos, quibuſque magis confidatur, oportet.*

*In rebus quæ corporis labores maiores exigunt, qui robuſtiores & ſaniores.*

*Vbi pericula ſpiritualia plura ſunt, qui in virtute magis probati & ſecuriores.*

*Vt agant cum viris prudentibus, qui ſpiritualem gubernationem vel temporalem habent, ij conuenire magis videntur,[a] qui diſcretionis & conuerſandi cũ hominibus gratiam habent; cum exteriori ſpecie (modo, quæ interiora ſunt, non deſint) quæ ad auctoritatem conferat. poſſet enim magni momenti eſſe eorum conſilium.* [a] P. 1. c. 2. §. 9. & 10.

*Ingenioſis & ſubtilibus ac litteratis, ij magis quadrant, qui in ingenio itidem & litteris peculiare donum habent. Hi enim in lectionibus, & colloquijs magis iuuare poterunt.*

*Ad populũ, vt plurimum, aptiores erunt, qui talento Prædicationis et audiẽdarũ Confeſſionum pollẽt.*

*Quod ad numerum attinet huiuſmodi operariorum, qui mittendi ſunt, & combinationem eorum, conſideratio erit etiam adhibenda: & primo quidẽ, cum fieri poſſet, conueniret vnum ſolum non mitti; ſed ſaltem duos: tum vt mutuo ipſi in rebus ſpiritualibus & corporalibus iuuentur, tum vt poſſint eſſe magis vtiles ijs ad quos miſſi ſunt; labores inter ſe diuidendo, quos in ſeruitium proximorum ſuſcipiunt.*

*Et ſi duo mittentur; cum vno Concionatore vel Lectore cõmode coniungeretur alius, qui meſſem in Confeſsionibus, & ſpiritualibus exercitijs, quam ille præpararet, colligeret; iuuaretque eundem in colloquijs, & alijs medijs, quæ ad proximos iuuandos adhiberi ſolent.*

*Sic etiam, ſiquis in modo procedendi Societatis, et cum proximis agẽdi parum exercitatus mitteretur; alteri in his magis exercitato adiungi deberet; quem imitari, cum quo conferre, quemque de rebus dubijs, quæ occurrent, conſulere poſsit.*

*Alicui valde feruẽti & animoſo, alius magis cir*
a P.8. c.1. *cunſpectus & cautus bene adiungeretur:* [a] *& ſic de*
§.3.& C. *alijs mixtionibus huic ſimilibus; ita vt diuerſitas vinculo charitatis vnita, ſic vtrumque iuuet, vt contradictionem vel diſcordiam inter eos, aut alios proximos generare non poſsit. Plures, quã duos, cũ opus ad quod mittuntur, maioris eßet momenti in diuino obſequio, ac maiorem multitudinem exigeret, & alioqui Societas plures operarios ſine detrimento rerum aliarum ad maiorem Dei gloriam & vniuerſale bonum ſpectantium poſſet prouidere, Superior mittere poterit; prout Sancti Spiritus vnctio eum docuerit, vel in diuinæ Maieſtatis conſpectu melius conuenientiuſque ipſe ſenſerit.*

b Sup.c.1. *G* ¶ [b] *Quod ad*
E.& p.6.c. *modũ attinet eos* † hoc, vel illo modo,' G
2.§.13.&l. *mittendi (præter* †ad
*conuenientem inſtructionem) nũ pauperum more, vt ſine iumento ac pecunia, an maiori cum commoditate mitti*

*te mitti oporteat;* [a] *cũ litteris item, an ſine illis, quo tendunt, deſtinatis (ſiue ad priuatos aliquos homines, ſiue ad ciuitatem, vel eius caput ſcribentur, quæ ad auctoritatem aut beneuolentiam conferant) Superior vndecunque maiorem proximorum ædificationem, & diuinum obſequium intuendo, quod conuenit, conſtituet.* a Inf. M.

H † ad prolixius, vel breuius tempus; id [c] ſemper, quod ad maius

H ¶ [b] *Tempus quod Miſsionibus dandum eſt, ſiue ad hanc, ſiue ad illam partem mittantur, quando à Summo Pontifice præſcriptũ non eſt, metietur, hinc quidem, qualitas negotiorum ſpiritualium, quæ tractantur, & momentum ipſorum maius aut minus, habita neceſsitatis, & fructus qui percipitur, vel ſperatur, ratione; inde vero, conſideratio eorum, quæ aliis in locis ſe offerunt, & obligatio eis vacandi, & vires Societatis, quas habet, vt his atque illis operibus poſſit ſatisfacere. Quædam etiam accidere ſolent, quæ expẽdenda ſunt, vt Miſsionis tempus uel breuius ſit, uel prolixius.* [d] *Demum habita primi noſtri Inſtituti ratione, cum hoc ſit per uarias mundi partes diſcurrere, ac magis uel minus in illis hærere, pro fructus, qui cernitur, modo; uidendum erit, num conueniat plus aut minus temporis in his, aut illis Miſsionibus impendi.* [e] *Et ut hoc intelligatur, conueniet crebris litteris certiorem reddi Superiorem percepti fructus ab his, qui miſsi ſunt.*

b Sup.c.1. §.6.& p.9. c.3.G.
c Sup.D.& E.
d Sup.c.1. §.1.& Exa. c.4. §.35. & p.3.c.2. G. & p.4. proœ. A.
e Inf. §.2. & p.8.c.1. §.9.& L.

[f] *Cum mutari aliquem oportebit, animaduertat Superior, quod ad eum reuocandum, quoad fieri po-* f P.10.§. 11.& B.

*terit, ijs medijs vtatur; vt hi, à quibus aliquis euocatur, potius beneuoli omnino maneant, quàm offenſi uel male affecti; & quod in omnibus honor & gloria diuina, & bonum vniuerſale quæritur, ſibi perſuadeant.*

a Exa. c. 8. A & p. 5. c. 4 F.

I ¶ [a] *His non repugnat proponere motus animi, aut cogitationes, quæ in contrarium occurrunt; ſubijciendo ſuum ſentire & velle, ei, quod ipſius Superior, Chriſti Domini Noſtri loco, ſentiret, ac vellet.*

b Sup. c. 1. §. 2. & inf. c. 3. §. 1. & p. 4. c. 10. §. 5.

c Sup. A. & p. 3. c. 1. §. 23. & p. 4. c. 10. §. 5. & p. 6. c. 1. §. 1. 2. & 3. & p 8. c. 1. D & p. 9. c 3. §. 20.

K ¶ *Hinc planũ fit,*

ius Dei obſequium, & bonum vniuerſale facit, ſtatuatur. Cũ hac ergo rectiſſima ac ſynceriſſima intentione, in Dei ac Domini Noſtri conſpectu habita, & ſi ei videbitur, propter deliberationis difficultatẽ vel momentum, te diuinæ Maieſtati, ſuis & domeſticorum orationibus ac Sacrificijs, commendata, & cum aliquo vel pluribus ex eadem Societate, qui videbuntur inter eos qui adfuerint, communicata, ſtatuet per ſeipſum, num mittere debeat, nec ne: & ſic de reliquis circunſtantijs; vt ad Dei maiorem gloriam conuenire iudicabit. Erit autem eius, qui mittitur, officium, nulla ratione ſe ingerendo ad eundum, vel manendum in hoc loco potius, quàm in illo, † [b] plenam I ac omnino liberam ſui diſpoſitionem Superiori, [c] qui eum Chriſti loco dirigit, ad ipſius maius obſequium & laudem relinquere. [a] Sic etiam, vt alij maneant alicubi, vel alio ſe cõferant, † nemo quoquo mo- k do

do ſine conſenſu Superioris ſui, per quem ille in Domino gubernãdus eſt, curare debet.'

2 [b] Quocunque Superior mittet

L aliquem, † eum plene inſtruere (& ordinarie in ſcriptis) debebit,' tam de modo procedendi, quam de medijs, quibus eũ vti velit ad finem, quem in animo habet. Per [c] crebram etiã litterarũ cõmunicationẽ, quãtum fieri poteſt, totius ſucceſſus certior redditus ex eo loco, vbi ipſe reſidet (vt perſonæ, & negotia exegerint) conſilio,

M † & alijs auxilijs, quæcunque adhiberi poſſint, prouidebit;' vt maius ſeruitium Deo fiat, magiſque commune bonum per perſonas Societatis iuuetur: quod tanto maiori

b Sup. c. 1. §. 5. & F. & G.

c Sup. H. & p.8.c.1. §. 9. & L.

*ſit, prohiberi, nequis principem, vel Communitatem, aut hominẽ quemuis magnæ auctoritatis, ad ſcribendum Superiori, vel verbotenus petendum aliquem de Societate, moueat; niſi prius, cum Superiore communicata re, hãc eſſe ipſius voluntatem intellexerit.*

L ¶ *Dicitur, ordinarie; propterea quod aliquãdo is, qui mittitur, tam inſtructus eſt, tantaque dexteritate pollet, vt inſtructio non ſit neceſſaria. Sed demum hoc fiet, quandocunque opus erit.*

*M ¶ Cuiuſmodi eſſent orationes & Miſſæ, quæ initio præſertim ſuſcipiendorum operum, vel quando maior ſubſidij neceſſitas cernitur, quod res magni momenti ſint, vel difficultates graues incidant, ad id applicentur. In hoc ergo, ſi-*

*go, ſicut & in aliȷs auxiliȷs*[a] *ſuarum patentium, aut ſedis Apoſtolicæ litterarum, & aliȷs rebus, quæ poſſent eſſe neceſſariæ; prouidebit Superior, prout ratio, & charitas monebit.*

a Sup.G.

iori cura prȩſtari debebit, quãto negotij qualitas (quòd vel magni momenti ſit, vel difficile) † & perſonarum, quæ miſſæ ſunt (quod conſilio, & inſtructione indigeant)' id magis exigit. N

N § *Hoc conſilium & inſtructio, non tantum negotiȷs, ſed etiam perſonis, prout vnuſquiſque vel animari, vel reprimi opus habet, perutile eſſe poterit: & ſic de aliȷs intelligatur.*

## *DE LIBERA AD HANC vel illam partem profectione.*
### *Cap. III.*

b Sup.c.1. §.2.& c.2. §.1.&I.

QVamuis[b] eorum ſit, qui ſub Obedientia Societatis viuunt, ſe non ingerere directe vel indirecte ad ſui Miſſionem, ſiue à Summo Pontifice, ſiue à ſuo Superiore, In nomine Domini Noſtri IESV Chriſti, mittantur; qui tamen ad regionem aliquam magnam (cuiuſmodi eſſet India, vel aliæ Prouinciæ) miſſus eſſet, [c] ſi pars eius aliqua, peculiari limitatione ei aſsignata non fuerit, poteſt magis, & minus in hoc vel in illo loco immorari, aut diſcurrere quacũque, omnibus perpenſis (in ſe, quod ad voluntatem ſuam attinet, indifferentiam ſentiendo) & oratione facta I

c Sup.c.1. §.1.&7.

ćta, iudicauerit ad Dei gloriam magis expedire. Hinc apparet quod (primæ & ſummæ Obedientiæ Summi Pontificis non repugnando) multo magis in huiuſmodi Miſsionibus, Superiori ad hanc partem potius, quam ad illam, prout in Domino ſenſerit cõuenire, eoſdem dirigere licebit.

2 Vbicunque quis maneat, ſi non eſt ei iniunctum, vt medio aliquo limitato vtatur, quale eſſet, legere, vel prædicare; in eo ſe exercebit, ex ijs quibus vtitur Societas in quarta Parte, capite octauo dictis, & proxi-
A mo capite dicendis, † [a] quod magis conuenire iudicabit: ' atque etiam quod [b] in ſexta Parte deuitandum dicitur, ad maius Dei obſequium etiam deuitabit.

*IN CAPVT III.*

A ¶ *Q Vamuis hoc ita ſe habeat; tamen cõferre media, quibus vti debet cũ [c] eo Superiore, qui ei propior fuerit, ſemper erit ſecurius.*

a Sup c. 2. D.& E.

b P.6.c.3. §. 4. & ſequẽtibus.

c P.8. c. 1. §.4.

## *QVIBVS IN REBVS DOMVS ET Collegia Societatis proximum adiuuent.*
## *Cap. IIII.*

1 QVia non ſolũ enititur Societas, diſcurrendo per varia loca, ſed etiam in quibuſdã continenter reſidendo (vt in Domibus, & Collegijs) proximos iuuare; operæ pretium eſt intellexiſſe, quibus modis poſſint animæ in huiuſmodi locis iuuari; vt eorum pars illa, quæ poterit,

poterit,ad gloriam Dei exerceatur.

Et primo quidem conferet bonum exemplũ 2
a Par. 10. §.12. totius honeſtatis ac uirtutis Chriſtianæ ; [a] vt non minus bonis operibus, immo magis,quàm
b P.6 c.2. §.16. verbis eis [b] ædificationi eſſe, quibus cum agitur, curent.

IN CAPVT IIII.

A ¶ *Cviuſmodi*
c P.4. c.1. *ſunt Principes eccleſiaſtici, & ſeculares, & alij, qui multum prodeſſe, vel obeſſe bono animarum, & diuino obſequio poſſent.*

d P.6. c.2. §.7. B ¶ *Vt [d] in ſexta Parte explicatum eſt.*

C ¶ *Præ-*

Iuuatur etiã proximus ſanctis deſiderijs, & orationibus in Dei conſpectu pro vniuerſa Eccleſia,ac† pro ijs præſertim, A
qui maioris ſunt momenti, ad eius vniuerſale bonum' effuſis; ac pro amicis etiam, & [c] bene de nobis meritis viuentibus, & vita functis; ſiue poſtulent ipſi, ſiue non poſtulent; ac pro illis, in quorum auxilium peculiariter ipſi, & reliqui de Societate in varijs locis inter fideles, & infideles incumbunt: vt Deus omnes ad gratiam ſuam excipiendam, per debilia huius minimæ Societatis inſtrumenta diſponere dignetur. 3

Miſſarum etiam Sacrificijs 4
iuuare poſſunt, & alijs diuinis
e Exa. c. 1. §.3.& p.6. c 2.§.7. & p.10.§.5. officijs; † nulla [c] pro eis eleemoſyna accepta;' B
ſiue aliqui particulares ea petierint, ſiue pro ſua deuotione quiſque ea Deo obtulerit. Et quod attinet

tinet ad Miſſas, præter [a] eas quæ pro Fundatoribus dicuntur, vna, vel duę, aut plures (pro numero Sacerdotum, & prout conuenerit) ſingulis hebdomadis pro benefactoribus viuis, aut defunctis offerentur; Deum ac Dominum Noſtrum rogando, vt pro illis hoc ſanctũ Sacrificium admittere, & pro infinita ac ſumma liberalitate ſua, eam beneficentiam remunerari, qua illi erga Societatem noſtram ex diuino amore ac reuerentia vſi ſunt, æternis præmijs dignetur.

5 Poterit [b] iuuari etiam proximus, Sacramentorum adminiſtratione: præcipue in audiẽ-
C dis Confeſſionibus († ad quas aliqui à Superiore, qui eo fungantur officio, ſunt deſignandi') & in ſancto Euchariſtiæ
D Sacramento, † extra Paſchæ tamen feſtum,' ſua in Eccleſia

*C ❡ Præter eos qui Confeſſarij ordinarij conſtituti ſunt, Superioris erit, in ſpiritualibus neceſsitatibus quæ occurrunt, videre, num alij horum Sacramentorũ adminiſtrationi vacare debeant; & quod conuenit, ſtatuere.*

*D ❡ Paſcha, intelliguntur octo dies ante, & totidem poſt ipſum feſtum: quamquam eo tempore, qui facultatem haberẽt, vel peregrini, & reliqui, quos ius excipit, poſſunt ad Communionem admitti: & illi etiam, qui cum iam ſuis Parochijs ſatisfecerint, vellent hiſce quindecim diebus ſemel aut ſæpius in noſtris Eccleſiis Sãctiſsimum Chriſti Corpus accipere.*

a P.4. c.1.

b P.4. c.8. §.4.

E ❡ *Quia*

E ¶ *Quia quibuſdam in locis fieri poßet, vt aliquando his medÿs, vel eorum parte vti non cõueniret; Conſtitutio non obligat,*
a P.4. c.8. *niſi cum Superio-*
§.3. *ri eis vtendum eſſe videretur: ſed eam intentionem oſtendit, quam habet Societas in locis, in quibus reſidet; quæ ea eſt, vt hæc tria media, vel duo ex illis, vel quod eorũ*
b Exa.c.6. *magis conuenire*
§. 4. & p. *videbitur, exer-*
4.c.4. §.6. *ceatur.*

F ¶ *Exercitia*
c P.4. c.8. *ſpiritualia plene*
§. 5. & F. *non niſi paucis, ÿsque huiuſmodi, vt ex eorum*
d Súp.c.2. *profectu, nõ vul-*
E. *garis ad Dei gloriam fructus ſpe-*

re-

ſia adminiſtrando.

Proponatur verbum Dei populo aſſidue in Eccleſia, in Cõcionibus, Lectionibus, & in Chriſtiana doctrina, per eos quos Superior probauerit, & ad tale munus deſtinauerit: 6
† & quidem ijs temporibus, & modo, [a] qui eidem ad maiorem Dei gloriam & animarũ ædificationem expedire videbitur.' E

Poteſt & hoc ipſum, quod dictum eſt, extra Eccleſiam Societatis, alijs in Eccleſijs, vel plateis, vel alijs locis præſtari; quando ei, qui ceteris præeſt, ad maiorem Dei gloriam conferre videbitur. 7

[b] Curabunt etiam priuatim proximum pijs colloquijs ad meliora promouere; tum conſilio, & exhortatione ad 8
bona opera, † tum [c] etiam tradendis ſpiritualibus exercitijs.' F

Corporalibus etiam pietatis 9
operibus, [d] quantum ſpiritualia, quæ maioris ſunt momenti, permittent, quantumque vi-

res

res patiétur, incumbent; vt infirmis iuuandis, præcipue in Xenodochijs, eos inuiſendo, & aliquos, qui eis inſeruiant, mittendo; & diſſidentes ad concordiam reuocando; ſic etiã pauperes, ac in cuſtodijs publicis detentos, quoad eius fieri po-
G terit, per ſe ſubleuando, † & vt alij ſubleuent, curando. Metiatur autem oportet Præpoſiti prudentia (qui maius Dei obſequium ac bonum vniuerſale ſemper ob oculos ſibi proponet) quantum in huiuſmodi rebus operæ ſit ponendum.

10 [a] In Collegijs, & eorum Eccleſijs fiet, ex ijs quæ de Domibus dicta ſunt, quod fieri poterit; prout opportunũ fuerit, iuxta Superioris (ut dictũ eſt) arbitrium.

11 [b] Qui talento præditus ad ſcribendos libros communi bono vtiles, eos conſcriberet; [c] in lucem edere non debet aliqua ſcripta, niſi prius Præ-
poſi-

*retur, tradenda ſunt. Primæ vero hebdomadæ exercitia ad multos, et aliqua conſcientiæ examina, & modi orandi (præſertim primus trium illorum, qui in exercitijs proponuntur) ad multo plures etiam extendi poſſent. quiuis enim bona præditus volũtate ad hæc idoneus erit.*

*G ¶ Nihilominus non cõuenit, Societatem, vel eius Domos, aut Collegia, cum aliqua Congregatione miſceri: nec in ea vlli conuentus agantur; niſi qui ad earundem Domorum vel Collegiorum finem, in diuino obſequio fient.*

a P.4.c.8, §.1.
b P.6.c.2. C.
c P.3.c.1. §.18. & p. 4.c.6.O.

*DECLA-*

poſitus Generalis ea videat, & legi ac examinari faciat; vt, ſi ad ædificationem fore videbuntur, & non aliter in publicum prodeant.

De ijs quæ ad officia domeſtica, & res alias magis particulares pertinent,[a] in Regulis Domorum dicetur: nec vlterius progrediemur circa Miſſiones, vel diuiſionem eorum, qui de Societate ſunt, per vineam Domini Noſtri IESV Chriſti.

a Proœ.de cla. & p.4. c.10.§.6.

# OCTAVA PARS

## DE IIS, QVÆ CONFERVNT AD eorum, qui diſperſi ſunt, cum ſuo capite, & inter ſe mutuam vnionem.

### *DE IIS QVAE IVVANT ad vnionem animorum.* *Cap. I.*

I QVO difficilius
eſt, membra
huius Congre-
gationis cũ ſuo
capite, & inter
A ſe inuicẽ vniri,† quòd tã diffu-
ſa in diuerſis mũdi partibus in-
ter fideles & infideles ſint;' eo
impẽſius, quæ iuuant ad vnio-
nẽ, quęrenda ſunt: quandoqui-
dem nec conſeruari, nec regi,
atq; adeo nec finem, ad quem
tendit Societas ad maiorẽ Dei
gloriam, conſequi poteſt, ſi in-
ter ſe & cũ capite ſuo membra
eius vnita non fuerint. Dicetur
ergo de ijs, quæ cõferũt ad ani
morum vnionẽ: Deinde de ijs
quæ ad vnionem perſonalẽ in
Con-

*DECLARATIONES.*
In Octauam Partem.

*IN CAPVT I.*

A ❡ S*Vnt & aliæ rationes; qualis eſt, quòd vt plurimum litterati erunt, & gratia apud Principes, et primarios viros, ac populos non parum valebunt.*

B ❡ *Hoc*

B ¶ *Hoc autem non excludit numerum (licet magnum) eorũ, qui erunt idonei, vt in Profeſſos, vel Coadiutores formatos, vel Scholaſticos approbatos admittantur; ſed hoc eo ſpectat, vt commendatum habeatur, ne, qui tales non erũt, idonei (præcipue ad Profeſſionem) facile cẽſeantur: & cum bene obſeruabitur quod in prima, & in quinta Parte dictũ eſt, ſatis erit. qui enim huiuſmodi eſſent, turba exiſtimari non deberẽt; ſed potius gẽs electa; tametſi magna ea eſſet.*

C ¶ *Cum experimento*

Congregationibus vel conuentibus pertinent. Et quidem circa animorum vnionem, quædam ex parte ſubditorũ, quædam ex parte Superiorũ, quædam ex utrorumque parte iuuabunt.

2 Ex parte ſubditorum, iuuerit, † magnam [a] turbam hominum ad Profeſsionem non admitti; nec quoſcunque, ſed ſelectos homines, etiã inter Coadiutores formatos, aut Scholaſticos, retineri: multitudo enim magna eorum, qui vitia ſua non bene domuerunt, vt ordinem nõ fert, ita nec vnionem, quæ in Chriſto Domino Noſtro tã neceſſaria eſt, vt bonus ſtatus, ac procedendi modus huius Societatis conſeruetur. B

3 Et quia huiuſmodi vnio magna ex parte per Obedientiæ vinculum conficitur; [b] hæc ſemper in ſuo vigore conſeruanda eſt; et qui foras ad laborandum in agro dominico ex Domibus mittuntur, † quoad eius fieri poteſt, in eadem ſint exer- C

[a] Par. 4. proœ. A. & p.5.c.2. §.1.& 2.& p.10 §.7.

[b] P.3.c.1. § 23.& p. 6.c.1.

exercitati :' [a] & hac in virtute, qui primas in Societate tenēt, bono ſui exemplo alijs præluceant; vniti omnino cum ſuo Superiore; & prompte, humiliter, & deuote ei obediendo, perſiſtant. [b] Qui autem tam egregium ſui ſpecimen in Obedientia non dediſſet, certe ei adiungi deberet ſocius, qui in ea magis eſſet conſpicuus. nam vt plurimū ſocius qui in Obedientia magis profecit, eū qui minus in ea profeciſſet, cum diuino fauore, in eadem iuuabit. & alioqui, quamuis ad hunc ſcopū non tēderetur, ei qui cū aliquo munere gubernādi mit-
D tetur, † [c] Collateralis ſocius (ſi Superiori videbitur quod ſic melius commiſſo muneri ſatisfaciet) adiūgi poterit:' qui ſic ſe geret cum eo qui alijs præeſt, & ille inuicem cum hoc, vt Obedientia ac reuerentia ſubditorum, debilior erga Superiorem non reddatur: ſed ille potius verum ac fidelem adiutorem, & ſubleuatorem erga ſuam perſonam, &

*rimēto compertū eſſet, aliquos ex ijs qui miſſi ſunt, non recta incedere, quod ad Obedientiā attinet; vel reuocari debent, vel ſocij qui in ea profecerint, eis adiungi; quamuis initio miſſi non fuiſſent.*

*D ¶ Quamuis Collateralis, Obedientiæ Præpoſiti, vel perſonæ illius cui datur, nō ſubdatur; debet tamen ei interius & exterius reuerentiam exhibere; ac in ea reliquis, qui eius Obedientiæ ſubduntur, exemplum præbere. Debet itidem, qua poterit, diligentia eū, qui alijs præeſt,*

[a] Par. 4. c. 10. §. 4. & 8.

[b] P. 7. c. 2. F.

[c] P. 4. c. 17. B.

*iuuare in rebus omnibus ad ipſius officiũ pertinẽtibus, in quibus eius operam ille requiret.*

a Inf. §.6. & p. 4. c. 10. §.5. & p. 10. §.9.

*Quamuis etiã nulla de re interrogaretur; cum tamẽ animaduertet, quod ei aliquid dici conueniat, quod ad perſonam, aut res, quæ ſunt ipſius officij, pertineat; debet fideliter ea quæ oportet, ei referre; & cum libertate & modeſtia Chriſtiana, quod ſentiat, explicare: propoſitis tamen ſuis rationibus, & ijs quæ ipſum mouent, ſi Præpoſitus in ſua contraria ſententia perſiſteret, Collateralis proprium iudicium ſubmittere, & ei conformem ſe reddere debet; niſi tamen clariſsime intelligeret*

b P.7. c.3. A.

c P.9. c.6. §.2.

aliorum, qui ſuæ fidei commiſſi ſunt, ſibi datum eſſe in Collaterali experiatur.

[a] Ad eandem Obedientiæ virtutem ordo bene obſeruatus inter ipſos Superiores, quorum alij alijs ſubduntur, & inferiorum erga illos, pertinet: ita vt ſinguli, qui in aliqua Domo vel Collegio verſantur, ad ſuum Præpoſitũ Localem, ſeu Rectorem recurrant, & per eum in omnibus regi ſe ſinant. Eis autem qui per prouinciam aliquam varijs in locis diſiuncti manent, ad Prouincialem Præpoſitum, [b] vel alium Localem viciniorem erit recurrendũm; prout eis iniunctum fuerit. [c] Omnes vero Prępoſiti Locales, vel Rectores crebra communicatione cum Prouinciali vtantur; & iuxta eius arbitriũ in omnibus ſe gerant. Eodem modo Præpoſiti Prouinciales cum Generali ſe habebunt. 4

† Sic

geret

*geret illum errare: quod ſi accidet; ad Superiorem referre debet.*

*Curet etiam Collateralis vnionem, quoad eius fieri poterit, ſubditorum inter ſe, & cum ſuo Præpoſito immediato; & inter eos velut Angelus pacis incedat: & ſtudium adhibeat, vt de Superiore ſuo ſic ſentiant, illumque ita ament, vt oportet,* [a] *quem Chriſti Domini Noſtri loco habent.*

[a] P.3. c.1. §.23. & p. 4. c.10. §. 5. & p 6.c. 1. §.1.2.& 3.& p.7.c. 2. §. 1. & A. & p 9. c.3. §. 20.

[b] *Debet etiam certiorem reddere Superiorem ſuum Generalem, vel Prouincialem ijs de rebus, quas vel ipſe, vel is, cui Collateralis adiunctus eſt, commendaret: et ſponte ſua etiam eius loco id faciat, cum per aduerſam corporis valetudinem, vel occupationes, vel aliquam aliam cauſam, ille in hac parte officio ſuo deeſſet.*

[b] Inf.§.9. & p. 4. c. 17.§.7.

*Contra, Præpoſitus cum ſuo Collaterali nonnulla obſeruare debet: ac primum, conſiderando quòd non vt ſubditus, ſed vt auxilium & ſubleuamen ei datus eſt, peculiarem erga eum dilectionem & honorem præ ſe ferre debet: agatque cum eo familiariter, vt ſit animoſior ad ei dicēdum, quod ſentit; commodiuſque id faciat, ac videat, qua in re eum iuuare poßit. Curet etiam, vt auctoritatem habeat, & diligatur ab inferioribus: eo enim vtilius, eius miniſterio erga illos vtetur.*

*Si qua occurrerint, quæ difficiliora eſſe videantur; cum eo tractari oporteret, eius ſententiā rogando, et ad dicendum quod ſentit (etiā cum non interrogaretur) reducendumq; ſibi in memoriā quod ad ſuā perſonam & officium conuenire videatur, exhortando. Et*

*do.Et auditis,quæ à Collaterali dicuntur,melius per ſeipſum,quod facto opus eſt,conſtituet.*

*Quod attinet ad executionem ſui officij, ad ſubditorum gubernationem,vtatur Collaterali,vt fideli miniſtro in rebus maioris momenti; ſiue vniuerſales ſint,ad Domos,ſiue particulares, ad quemuis ex fratribus ſpectantes.*

*In ijs quæ ad Præpoſitum Generalem pertinent, eique debentur,vtatur etiam eius opera: & in omnibus eo habeat loco, eoque modo ipſi confidat, quo alteri ſibi(dēpta poteſtate)in ſpiritus unione in Chriſto Domino Noſtro.*

*Et animaduertendum eſt, duabus ex cauſis præcipue Collateralem adiungi debere: Prima eſt,quando in eo,qui cum præcipuo munere mittitur, maius auxilium deſideraretur; propterea quod non ſit magnopere verſatus & exercitatus in huiuſmodi gubernatione;vel propter alias cauſas: quamuis eius deſideria,& vita ad maiorem Dei gloriam ſint valde approbata. Secunda,quando aliquis ex eis,quos ſecum eſt habiturus, huiuſmodi eſſet,vt exiſtimaretur minus profecturus, ſi ſub eius qui præeſt, Obedientia conſtituatur,quam ſi vt Socius adiungeretur: dummodo talentum ad eundem iuuandum haberet.*

*E ¶ Cum particularibus ex cauſis, Præpoſito Prouinciali magis cōuenire ad diuinū obſequium videretur,*

a P.2.c.1. §.2.

b P.2.c.2. D.

E † Sic enim, [a] ſubordinatione conſeruata, vnio, quæ in ea quammaxime conſiſtit, aſpirāte gratia Dei,conſeruabitur.

5 [b] Si quis diuiſionis, vel diſſenſio-

ſenſionis eorum qui vna viuũt, inter ſe, vel cum ſuo capite auctor eſſe cerneretur; diligentiſſime ab ea Congregatione, velut peſtis quæ eam poteſt ſummopere inficere, ſi præſens remedium non adhibeatur, F † ſeparandus eſt.'

6 Ex parte Præpoſiti Generalis, quæ ad hanc vnionem animorum conferent, G † ſunt eæ dotes, quibus (vt [a] in nona Parte dicetur) eum exornari oportet: quibus cum præditus fue-

*retur, vt aliquis ex ijs, qui in Domibus vel Collegijs verſantur, ſibi immediate ſub ſit; poteſt ab Obedientia Rectoris, vel Præpoſiti Localis eum eximere. Et ſic Generalis quoſdã ex priuatis, & Præpoſitis Localibus, vel Rectoribus, ſuæ Obedientiæ proxime reſeruare poſſet. vt plurimum tamen prædicta Obedientiæ ſubordinatio eo melior erit, quo perfectius obſeruabitur.*

a p.9. c.2.

*F ¶ Separare intelligendum eſt; vel omnino à Societate dimittendo; vel in alium locum transferendo, ſi hoc ſufficere videretur; & ad diuinum obſequium, ac commune bonum, iudicio illius qui curam eius habet, magis conueniret.*

*G ¶ Iuuabit [b] etiam in primis, inter alia Dei dona, bona exiſtimatio, & auctoritas erga ſubditos; & habere, ac præ ſe ferre dilectionem, & curam illorum: ita vt ſubditi ſibi perſuadeant, ſuum Superiorẽ ſcire, velle, & poſſe bene ipſos in Domino gubernare. Ad quod, ſicut ad alia multa, conferet, ſecum viros, qui conſilio polleãt, habere; (vt [c] in nona Parte dicetur)*

b P.9. c.2. §. 2. & 9. & c.6.A.

c P.9. c.5. §. 2. & c. 6. § 10. & 11.

*cetur ) quorum opera in ijs quæ ſtatuēda ſunt ad bonum Societatis progreſſum, in his atque illis locis ad Dei gloriam vti poſsit.*

[a] Sup. §.4. & p.5.c.1. A. & p.9 c.3 §.1.& 10.

*Conferet etiā, circunſpecte & ordinate præcipere: eo modo curādo ſubditos in Obedientiæ officio continere, ut Superior omni beneuolentia, & modeſtia, & [c] charitate in Domino, quod in ipſo eſt, vtatur: ita ut ſubditi ſe potius ad dilectionem maiorem, quam ad timorem ſuorum Superiorum poßint componere; quamuis aliquando utrunque ſit utile: eorum etiam arbitrio aliquid relinquendo, cum probabile uidebitur, quod eos id iuuabit: aliquando etiam eis ex parte aliquid indulgendo, & compatiendo, cum uideretur id poſſe magis conuenire.*

[b] P.2.c.1. §.2.

[c] P.3 c.1. N.

fuerit, erga omnia membra Societatis ſuo fungetur officio: capitis videlicet, à quo in illā influxus, ad præfixum ipſi finem neceſſarius, deſcendat.[a] & ſic à Generali Præpoſito, vt à capite, vniuerſa facultas Prouincialium egrediatur, ac per eos ad Locales, per hos autē ad ſingulares perſonas deſcendat. ſic etiam ab eodem capite (vel ſaltem eo ſuam facultatem cōmunicāte, & rem approbante) Miſſiones procedant. De communicatione gratiarum Societatis tantundem ſit dictū:[b] quo enim magis inferiores à ſuis Superioribus pendebunt, eo melius amor, Obedientia, atque vnio inter eos retinebitur.

Et vt locus magis conueniat 7
ad communicationem capitis cum ſuis membris, conferre plu-

H ¶ Pote-

H re plurimum poteſt, vt † Præpoſitus Generalis magna ex parte [a] Romæ reſideat: 'vbi cũ alijs omnibus locis Societatis faciliori vtetur commercio .

I † Prouinciales itidem in ijs locis diutius verſabuntur, vnde cum inferioribus, & cum Superiori Præpoſito commoda fuerit communicatio ;' quantũ in Domino id effici poterit.

8 [b] Præcipuum vtriuſque partis vinculũ, ad membrorũ inter ſe, & cum capite ſuo vnionem, amor eſt Dei ac Domini Noſtri IESV Chriſti: cũ cuius diuina ac sũma bonitate, ſi Superior et inferiores valde vniti fuerint, perfacile inter ſeipſos vnientur: idque per eundẽ illum amorem fiet, qui à Deo deſcẽdẽs, ad omnes proximos, ac peculiari ratione ad corpus Societatis pertinget. [c] Charitas itaque, & vt in vniuerſum dicatur, omnis probitas ac virtus, qua iuxta ſpiritum procedatur, ad vnionem ex vtraque parte iuuabit; & (quod inde ſequitur) omnis rerum tempora-

*H ¶ Poterit nihilominus ſubditos alijs in locis, prout occaſio & neceſsitas occurrerit, uiſitare, & prope Romã aliquando habitare; prout ad maiorẽ Dei gloriam fore iudicauerit.*

*I ¶ De uiſitatione Præpoſiti Prouincialis eadem erit ratio, atque Generalis: poterit enim id facere, cum videbitur ad Dei maius obſequiũ fore: eſtque id ualde proprium eius officij. Cum tamen aliquo in loco diutius eſt ei reſidendum, ſi fieri poteſt, lo-*

[a] Inf. c.5. §.1.

[b] P. 10.§. 9.

[c] P. 10.§. 2.& 9.

ralium contemptus, in quibus ſui ipſius amor, grauiſsimus huius vnionis ac boni vniuerſalis hoſtis, errare ſolet.[a] Multum etiam conferet conſenſio; tum in interioribus, † vt eſt do k
ctrina,' iudicia, ac voluntates, quoad eius fieri poterit; tum etiam in exterioribus, vt eſt veſtitus, cęrimoniæ [c] Miſſæ, & reliqua; quantum perſonarum, & locorum, & ceterorum varietas permittet.

9 [d] Magnopere etiam iuuerit, † litterarum vltro citroque miſ- L

*cũ eligat, ex quo, cum ſubditis & cũ Generali crebra communicatione litterarũ, vti poſsit.*

a Proœ. declar. & p.3. c.1. §. 18. & p. 10. §. 9.

K ¶ [b] *Cum ijs qui adhuc litteris operam non dederint, curandũ eſt, vt omnes (vt plurimum) eandem doctrinam, quæ in Societate fuerit electa vt melior & conuenientior Noſtris, ſequantur. qui autem ſtudiorum curſum iam peregit, aduertat, ne opinionum diuerſitas coniunctioni charitatis noceat: & quoad eius fieri poterit, doctrinæ in Societate communiori ſe accommodet.*

b P.4. c.5. §. 4. & c. 14. §. 1.

c Exa. c.5. §. 7. & p. 4. c 8. §. 2.

d Sup. D. & inf. c. 2. B. & p. 4. c. 17. § 7. & L. & p. 7. c. 2. §. 2. & H. & p. 10. §. 9.

L ¶ *Præpoſiti Locales, vel Rectores, qui ſunt in aliqua Prouincia, quique miſsi ſunt ad fructum in agro Domini curandum, Præpoſito ſuo Prouinciali ſingulis hebdomadis, ſi fieri poteſt, ſcribere debent:* [e] *& Prouinciales, & alij, Generali ſingulis hebdomadis, ſi vicinus fuerit: ſi autem in regno diuerſo reſident, vbi deſit ea commoditas, tam priuati ad fructificandum miſsi (vt dictum eſt) & Præpoſiti Locales, & Rectores, quàm Prouinciales, ſingulis menſibus*

e P.9. c.6. A.

*ſe-*

miſſarum inter inferiores & Superiores, frequens commercium;' & crebro alios de alijs M certiores fieri; † ac audire quæ ex varijs locis ad ædificatio-

*ſemel Generali ſcribent: qui curabit, vt eiſdem, ſaltem Prouincialibus, ſemel ſingulis mēſibus ſcribatur. Ipſi vero Prouinciales, Præpoſitis Localibus, & Rectoribus, & priuatis perſonis, quibus opus erit, ſemel etiam ſingulis menſibus ſcribi curabunt: & vtrinque crebrius; iuxta occaſionum in Domino occurrentium rationes.*

*M ¶ Vt autem res Societatis ad ædificationem pertinentes, communicari omnibus poßint; hanc formulam ſequi oportebit: Qui ſub vno Prouinciali ſunt, ex diuerſis Domibus vel Collegijs ſcribant, quarti cuiuſque menſis initijs, litteras, quæ ſolum ea quæ ad ædificationem faciunt, contineant: & alterum earum exēplū, lingua vernacula illius prouinciæ; alterum, latina ſcriptum ſit: & mittant vtrumque duplex Prouinciali; vt mittat alterum exemplum vtraque lingua, Generali, cum alijs ſuis litteris; vbi referat quod notatu dignum, vel ad ædificationem fuerit; ſi particulares id omiſerunt. Ex altero vero exemplo, tot alia exſcribi curet, vt ad certiores reddendos alios de ſua Prouincia, ſatis ſint. Si multum temporis conſumeretur mittendis huiuſmodi litteris Prouinciali; Præpoſiti Locales, & Rectores poſſunt litteras ſuas latina & vernacula lingua ſcriptas, recta ad Generalem, & earum exemplum Prouinciali deſtinare. Poterit etiam Prouincialis, cū ei viſum fuerit, quibuſ-*

*buſdam ex Localibus iniungere, vt certiores reddãt alios eiuſdẽ Prouinciæ; tranſmiſsis ad eos earũdem litterarum, quæ ad Prouincialem mittũtur, exẽplis.*

*Vt tamen, quæ in vna Prouincia geruntur, in alia ſciantur; curabit Præpoſitus Generalis, ex litteris quæ à Prouincijs mittuntur, tot exempla exſcribenda, quot ſatis ſint, vt omnes alij Prouinciales certiores reddantur. Illorum vero quiſque, exſcribi in ſuæ Prouinciæ vſum, curabit.*

*Cum magnum inter duas Prouincias commerciũ eſſet, vt inter Luſitaniam & Caſtellam, Siciliam & Neapolim; Prouincialis vnius poſſet Prouinciali alterius exemplum litterarum Præpoſito Generali miſſarum tranſmittere.*

N. ¶ *Ad clariorem omnium cognitionem, quarto quoque menſe mittatur Præpoſito Prouinciali ex ſingulis Domibus vel Collegijs breuis catalogus, iſq; duplex, omnium qui in ea Domo ſunt; quique etiam poſt vltimum catalogum miſſum vſque ad id tempus quo ſcribitur, deſint; vel quòd mortui fuerint, vel alia quauis cauſa: breuiter perſtringendo dotes vniuſcuiuſque.* a P.9. c.6. §.3. *ᵃ Et Prouincialis eodem modo ſingulis quadrimeſtribus exemplum catalogorum cuiuſ uis*

N ficationem, † & eorum quæ geruntur, cognitionẽ, afferuntur; cuius rei Superioribus, ac præcipue Generali, & Prouincialibus cura erit; eo conſtituto ordine, vt quouis in loco, quæ ad mutuam conſolationẽ & ædificationem in Domino faciunt ex alijs ſciri poſſint.

QVI-

*uis Domus et Collegij, Generali tranſmittet. Ita enim melius intelligentur, quæ ad perſonas attinent; meliuſque totum Societatis corpus ad Dei gloriam regi poterit.*

## *QVIBVS IN CASIBVS CONgregatio generalis fieri debeat. Cap. II.*

1 AD vnionem perſonalem vt veniamus, quæ in Cõgregationibus Societatis fit; cõſiderandum eſt, quibus in caſibus, qui, & per quem; ac itidẽ quo in loco, quo tempore, & modo debeant congregari; & id definiri, de quo in Congregationibus agetur. Et ut declaretur primo loco, quibus in caſibus Congregatio, & Conuentus generalis fiat; illud in primis ſuppoſitum ſit, quòd non videtur in Domino in præſen-
A tiarum expedire, † vt certis tẽporibus, aut [b] crebro fiat: quo-
B niã Prępoſitus Generalis † adiutus cõmunicatione, quã cũ vniuerſa

*IN CAPVT II.*

A ¶ *CViuſmodi eſſet, tertio aut ſexto quoque anno, plus, minus.*

B ¶ [a] *Huiuſmodi cõmunicatio fit per tranſmiſſas litteras, et perſonas, quæ ex Prouincijs venire debent; ſaltẽ vnus ex ſingulis earũ, tertio quoq; anno, et ex Indijs, quarto; electus Profeſſorũ et Rectorũ illius Prouin-*

a Sup. c. 1. §. 9. & L. & P. 9. c. 6. A.

b Inf. c. 4. §. 2 & p. 9. c. 1. & C.

*uinciæ ſuffragijs; ad certiorem multis de rebus faciẽdum Præpoſitum Generalem. Poſſunt etiam per huiuſmodi communicationem, cum opus fuerit, intelligi ſententiæ eorum, quos Præpoſitus Generalis in vniuerſa Societate melius ſenſuros iudicabit. Et ſic, adhibitis eis, quos apud ſe habet conſilij gratia, multa conſtituere ſine Congregatione totius Societatis poterit: quandoquidem magna ex parte Congregatio ideo ad bene conſtituẽdum iuuare ſolet, quòd vel rerum maior cognitio habetur, vel quòd conueniunt aliqui eminentiores uiri, qui dicunt quod ſentiunt. Id autẽ multis in caſibus ſine Congregatione generali, ut dictum eſt, tranſigi poteſt.*

*C ¶ Non res perpetuæ quæuis ſatis ſunt, ut generalis Conuentus indici debeat; niſi maioris momẽti ſint. aliquæ ta-*

verſa Societate habet, & [a] eorum opera qui cum ipſo degent, hoc laboris & diſtractionis vniuerſę Societati, quantum fieri poterit, adimet. Aliquando tamen congregari, omnino erit neceſſarium: vt ad electionẽ Præpoſiti Generalis; ſiue eligendus ſit, qui in demortui locum ſuccedat, ſiue aliquã ob cauſam ex ijs propter quas Generalis à ſuo officio abſolui poteſt: vt [b] poſtea dicetur.

2 Altera cauſa eſt, cum deliberari oportebit † de rebus perpetuis, ac magni momenti: quales eſſent (verbi gratia) [c] Collegia vel Domos diſſoluere, aut alio transferre; vel res admodum difficiles ad vniuerſam Societatem ſpectantes; vel ratio- C

a P.9 c.2. §.10 & c. 6. §.7. & cet.

b P.9.c.4. §.7.& c.5. §.4.

c P.4.c.2. §.3. & c.10.§.2. & c.11. §. 2. & p.9.c 3. §.5. 17.& 18.

rationem procedendi in illa, pertractare, ad maius diuinum obſequium.

*tamen magni momenti, licet non perpetuæ, ſatis eſſent.* [a] *Hoc autẽ* a Inf. c.4.
*diſcernere, & ſtatuere, Præpoſiti Generalis erit. Cũ* §. 2. & p.
*tamen aliqua acciderent, quæ vrgerent, magnique* 9 c 3. §.
*momenti uiderentur, ut qui aſſiſtunt Generali, &* 12.
*Prouinciales, ac Præpoſiti Locales pluribus inter ſe ſuffragijs iudicarent, quod cogi debeat Congregatio generalis,* [b] *ut nona in Parte dicitur; cogetur: id-* b P.9. c.4.
*que Præpoſito Generali gratum eſſe oportet; & ut* §.6. & c 5.
*Congregatio huiuſmodi magna cum diligentia fiat,* §. 6.
*idem Generalis ſtatuere debet.*

## *QVI DEBEANT CONgregari. Cap. III.*

I NON omnes, qui ſub Obedientia Societatis viuũt,
A nec Scholaſtici approbati; †verum Profeſſi duntaxat, & præterea Coadiutores aliqui, ſi ita expedire in Domino uideretur, ſunt ad Congregationem generalem conuocandi: & quidem ex his, non [c] niſi qui commode venire queant. Non itaque infirmi ac ualetudinarij, nec qui in regionibus remotiſſimis agunt, vt in Indijs; ſed nec

*IN CAPVT III.*

A ¶ *CVm uocat Congregationẽ qui ſupremam in Societate curam habet, eius erit iudicium, num aliqui* [d] *qui Profeſſionem trium Votorum ſolemniũ emi-*

c Inf. c.5. §.3.

d Inf. c.6. B.

nec illi, qui præ manibus negotia habent magni momēti, quæ abſque graui incommodo deſeri non poſſunt, conuenient. Pendebit autē hoc, ex iudicio Præpoſiti Generalis, ſi is ad Cōgregationem conuocauerit; vel eorum, qui congregati in ſingulis Prouincijs fuerint, vt venturos ad generalē Congregationem eligant. Verum vt certa aliqua ratio præſcribatur; cū Cōuentus celebrabitur ad eligendum Generalē, aut ad deliberādum de ijs quæ ad Generalem ipſum ſpectant, terni ex ſingulis Prouincijs veniant; † Prouincialis videlicet Præpoſitus, cum duobus alijs, qui fuerint ad B

*ſerunt, vel Coadiutores nonnulli, ad conferendū cum eis de rebus quæ in Congregatione tractandæ ſunt, venire debeant. Hoc enim aliquando conueniens fore videtur; præſertim ſi Rectores Collegiorum, & eorū Procuratores, alijq; Officiales, quibus optime perſpecta erunt quæ ad ipſorum officia pertinent, vocentur. Poſſet etiam huiuſmodi Officiales, ſuffragium actiuū et paſſiuum ad reliqua habere; præterquam vt Profeſſis quatuor Votorū præeſſe poſſint.*[a] *Si Congregatio ad electionē Generalis indicitur, nullus qui quatuor Vota ſolēnia in Profeſſione non emiſerit, ſuffragiū actiuū aut paſſiuū ad huiuſmodi electionē habere poterit*

a Inf. c. 6. B. & p. 5. c. 1. A.

B ¶ *Prouinciali veniendum eſſe intelligatur, ſi poſſit: ſin minus, pro ſe alium mittet; qui magis idoneus ei videbitur ex tribus, quos Cōgregatio Prouincialis elegerit.*

C ¶ *Quam-*

ad hoc negotium in Congregatione prouinciali electi: quæ quidem Congregatio in ſingulis Prouincijs, ante generalem, ad hũc finẽ cogetur. Conuenient [a] autem, & ſuffragij ius habebunt in ea, Profeſſi omnes Prouinciæ, qui intereſſe poterunt; Præpoſiti Domorum, atque Collegiorũ Rectores, ac Procuratores; vel ij quos tanquam vicarios illi ſuo nomine miſerint. Cum Conuentus ad res alias indiceretur; Præpoſitus Prouincialis ſine Congregatione prouinciæ, duos ex ea eligere poterit, pro arbitrio Præpoſiti Generalis; cuius erit, pro occurrentiũ cauſarũ ratione, conſtituere, num Conuentus prouincialis huiuſmodi ad duorum illorum electionem ſit cogendus; an Prouincialis ſine Conuentu eos debeat eligere; prout ei videbitur in Domino expedire.

a Inf. c. 5. §. 3.

C † His tribus, & generali Congregationi, quicunque in prouincia remanent, ſuas vices delegabunt. Quod ſi præter duos electos, quoſdam alios Præpoſitus Generalis deſignaret, vel Præpoſitus Prouincialis adducendos iudicaret; eadem erit horum, & aliorum ratio. Sed ſi Prouincialis præter tres, aliquos eligeret; plures, quàm duos, adijcere non poterit: ita vt ad ſummum quinque ex vna

C ¶ *Quamuis qui remanent in prouincijs, ſuum ſuffragiũ in ſcriptis mittere non poſſint; tamen ſi res fuerit eis cõmunicata, ſuam ſententiã in ſcriptis tranſmittẽt: & qui veniunt, dicent in Congregatione generali, quid & alij ſentiant.*

vna Prouincia ueniant.

Ex Profeſſis qui Congregationi intererunt, vnuſquiſque ſuffragium vnicum; ſolus Generalis duo habebit. ſed ſi numerus par eſſet; Prouincialis reliquis præferetur: & ſi inter ipſos Prouinciales eſſet paritas; pars illa, in quam Præpoſitus Generalis, vel (ſi is è viuis exceſſiſſet) ipſius Vicarius inclinabit, eſſet præferenda. Vt enim illis magis eſt neceſſarium diuinæ gratiæ auxilium, propter munus quod gerunt; ita ſperandum eſt, Deũ ac Dominum Noſtrum uberius id illis, vt ſentiãt & dicant quæ ad ipſius gloriã faciant, largiturũ. 2

## *AD QVEM SPECTET CONGREgationem generalem indicere. Cap. IIII.*

*IN CAPVT IIII.*

A ¶ *Si nullus ex Profeßis apud Generalem eſſet, et aliquem ipſe ex vicinis nominaret; eadẽ erit ratio. ſi tamen morte præoccupatus, vel morbo, qui ad*

CVM ad eligendum nouum Prępoſitũ, priore vita functo, conuentura eſt Societas; † vnus ex Profeſſis, quẽ ſuum in hac parte Vicarium, ante mortem Præpoſitus nominauerit, alios certiores faciendos curabit. Hic autem Vicarius (vt plurimum) vnus ex ijs erit, qui adeſſe Præpoſito, & ipſum iuuare ſoliti ſunt; vel certe ex ijs qui proxime degunt. Huius officium erit, Societatẽ ad 1 A

ad electionem Præpoſiti faciẽdam, præſcripto tempore, & loco, quo conuenire oporteat, conuocare.

2 Quando nõ ad electionẽ Generalis congregatur Societas; [a] in alijs euentibus Præpoſitus Generalis eam conuocabit; præterquam in illis, qui in nona Parte exprimentur: [b] & nõ congregabit frequenter Societatem, vt dictum eſt; niſi rerum agendarum neceſſitas vrgeret. Sed cum generalis Congregatio ad electionẽ Præpoſiti conuocata, eum iam elegerit; deinde rebus alijs grauioribus, quã vt à Generali, & ijs qui cum ipſo agunt, decidi debeant, tractari poterit.

DE

*ad hunc effectũ perinde ac mors cenſeatur, Vicarium non nominauit; qui apud eũ fuerint Profeſſi (quãuis non in eodem loco, ſed in vicinis fuerint) pluribus ſuffragijs Vicarium eligent. Et ſiue Præpoſitus Generalis aliquẽ vicinum abſentẽ, ſiue nullum nominauerit; qui præeſt Domui, in qua mortem obijt Generalis, vel qui vicinior eſſet, ſi in nulla Domo Societatis moreretur, curabit ſtatim mitti qui certiores faciat Profeſſos vicinos, vt ad Vicarium conſtituendum (vt dictum eſt) qui gerat vices Generalis, donec ille electus fuerit, congregentur; vel ad eum agnoſcendum, quem conſtabit electum eſſe.*

a Sup. c. 2. C. & p. 9. c. 3. § 12.

b Sup. c. 2. §. 1. & C. & p. 9. c. 1. C.

## DE LOCO, TEMPORE, ET MODO *congregandi. Cap. V.*

LOcus, quo conueniet Societas ad Generalis 1
electionē, videtur ordinarie Curia Summi
a Sup.c.1. Pontificis eſſe debere,[a] vbi plurimum erit ipſius
§.7. Generalis reſidentia; niſi Societas, ex compoſito,
conueniendum eſſe in alium locum, qui commo
dior omnibus futurus eſſet, ſtatueret: vt ſiquis in
confinio diuerſarum Prouinciarum, in quibus
manet Societas, eſſet conſtitutus; vel alius, qui
b P.9.c.3. magis accommodus videretur. [b] Si Præpoſitus
§.12. Generalis eſt, qui Societatem ad alia negotia con
gregat; eius erit, eligere ac deſignare locum, quē
in Domino aptiorem iudicauerit.

Spatium temporis, quod cogendæ Societati 2
tribuetur, vbi de electione Generalis agendū eſt,
quinque aut ſex menſium erit, à tempore, quo
litteræ, quæ de hac re commonefacient, ſcriptæ
fuerint. Prorogari tamen id tempus poterit, cùm
c P.9.c.3. neceſſitas poſtulauerit. [c] Cum vero alias ob cau-
12. ſas fuerit cōgreganda; Generalis Prępoſitus pro
ſuo arbitratu tempus deſignabit.

Modus in congreganda Societate ſeruandus 3
hic erit; vt ille, cuius hoc eſt munus, confeſtim
varijs vijs Prouinciales, & ſiqui ex Profeſſis ſigil
latim conuocandi eſſent, adſcripta (quantum ſat
eſſe ipſi videbitur) cauſa, loco, & tempore Con-
d Inf. §.4. uentus habendi, certiores faciat: admonens quo-
& c.7.§.1. que, [d] vt vbique Miſſæ celebrentur, & orationes

fiant

ſiant pro fœlici Præpoſiti electione. Vnuſquiſq;
autẽ Prouincialium (ſi ipſi ſoli eligendi poteſta-
tem non habuerint) [a] Profeſſos qui in ipſius [a] Sup.c.3.
Prouincia verſãtur, Rectores quoque, & Locales §.1.
Præpoſitos, qui venire poſſint, conuocabit. Vbi
vero ad Congregationem prouincialem conue-
nerint qui commode potuerint, eligent pluribus
ſuffragijs (Prouincialis ſententia pro duobus ſuf
fragijs numerata) eos, qui ad generalem Congre
gationem venient: qui eſſe ij debebunt, quos ma
gis expediat Congregationi intereſſe, & [b] quorũ [b] Sup.c.3.
abſentia minus detrimenti Prouinciæ ſit allatu- §.1.
ra. Ipſi vero, quàm primum poterunt, ad conſti-
tutum locum, relictis in ſuis Prouincijs Vi-
carijs, & rebus omnibus bene compoſitis, pro-
ficiſcentur.

4 [c] Curabunt præterea Superiores, vt omnes, qui [c] Sup.§.3.
ſub Obedientia Societatis viuũt, quotidie in ora-
tionibus, & in Miſſarum Sacrificijs plurimũ Do
mino commendent eos, qui ad generalem Con-
gregationem ſe conferunt; & ſimul, vt quidquid
in ea tranſigetur, ad maius obſequium, & laudẽ,
& gloriam diuini nominis cedat.

## DE MODO DELIBERATIONIS, *cum de electione Generalis agitur.*

## *Cap. VI.*

1 SI Conuentus indictus eſt ad noui Præpoſiti,
qui in demortui locum ſuccedat, electio-

nem; ſimul atque conuenerint, Vicarius Generalis, quatuor dies ante Præpoſiti futuri electioné, de eadem omnes alloquatur: horteturque ad eá, prout ad maius Dei obſequium, & bonam Societatis gubernationem conuenit, faciendá. & præter hunc diem, tres ſequentes habebũt, ut ſe Deo commendent, meliuſque conſiderent, quiſnam ex vniuerſa Societate ad huiuſmodi curam maxime idoneus ſit futurus; informationem capientes ab eis qui eam bene dare poterunt: donec tamen ingrediantur locum electionis, & in eũ includantur, non definiant apud ſe, qué ſint electuri.

Hoc medio tempore, vnuſ- 2
quiſque, ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ, teneatur Vicario manifeſtare, vel alicui ex antiquioribus Profeſſis (qui cum Vicario conferet) ſi ſciret aliquem hoc munus affectaſſe, vel etiam tunc affectare, directe, aut indirecte id procurando, uel ſigno aliquo id declarando. † A Qui autem de ambitione huiuſmodi conuictus eſſet, actiuo & paſſiuo ſuffragio priuetur, ª vt inhabilis ad eligendum alium, &

ª vt

## IN CAPVT VI.

A. *VT ſuffragio priuari quis poſſit vt inhabilis, quod de ambitione huiuſmodi notatus eſſet; oporteret clare teſtimonijs conuictũ eſſe, vel alioqui, quantũ ſatis eſt, de veritate eorum, quæ obiecta ſunt, conſtare; quacunq; ratione id conſtare poſſet. Sed cum probationes ſuſpitionem tantũ valde probabilẽ,*

*ſed*

*ſed non fidem certam facerent; is non erit ad electionem idoneus; et quæſita aliqua occaſione, remouendus quidem ab ea Congregatione; ſed ſuffragij iure tanquam inhabilis priuandus non erit. Nec ſuſpitio euulganda erit; & multo minus, ſi ſuſpitio probabilis non eſſe deprehenderetur: tunc enim nulla ratione id nocere debebit ei, qui non iuſte notatus fuerit; nec deſinet Congregationi intereſſe, & ſuffragij ius, ſicut alij, habere. Ad quem pertinet hoc iudicare, Vicarius eſt, tribus alijs ex antiquioribus Profeſsis vocatis: & condemnatio ut minimum tribus ſuffragijs fieri debet. Qui autem aliter, atque in animo ſentiret, ſententiam diceret, ipſo facto Excommunicationem incurret.*

*Si ipſemet Vicarius, uel aliquis ex antiquioribus notaretur; ſemper quatuor ex ijs, qui prius Profeſsionē emiſerūt, iudicabūt; excluſo eo, qui notatus eſt: & eorum quiſque, ad cuius aures huiuſmodi infamia perueniret, reliquos uocet; ut de ea cognoſcatur.* [a] P.10.§.6.

[a] vt ipſe eligatur: nec in eam Cogregationem, nec in aliam vnquam admitti poſſit.

3 Ipſo die electionis, qui hos tres dies conſequetur, celebret aliquis Miſſam de Spiritu Sancto, quam omnes audiant, ac in eadem Sanctiſsimum Chriſti Corpus ſumant.

4 B Poſtmodum ad campanæ pulſum, † qui ſuffragium habent, ad locum Congregationis vocentur:' & vnus eorum concionem habeat; quą in ge-

B ¶ [a] *Qui ſuffragiū habent, Pro-* [a] Sup. c.3. A. & p.5.c. 1.A.

*feſsi quatuor Votorum duntaxat erunt, vt* [a] *dictũ eſt, ſi quidem de electione Generalis agitur: quãuis curetur, vt et alij conueniant, ad maiorem rerum cognitionem habendã, ſi opus fuerit; & ad agẽdũ, poſt electionem Generalis, alijs de rebus, in quibus* [b] *Rectores, & Præpoſiti Locales (ſi Profeſsionẽ triũ Votorum emiſerunt, vel Coadiutores formati ſunt) qui vocandi erunt, ſuffragium (vt ſuperius diximus) habebunt.*

[a] Sup.c.3. A

[b] Sup.c.3. A.

C ¶ *Ser-*

nere (nullo dato ſigno, quo particularis aliqua perſona ſignificetur) ad electionem eius Præpoſiti, qui ad maius Dei obſequium conueniat, exhortetur. & poſtquam hymnum illum ſimul dixerint, Veni creator Spiritus &cet. in prædictum locũ Congregationis, ab aliquo ex Præpoſitis, vel Rectoribus, vel aliquo quopiam de Societate, cui id officij in Domo Cõgregationis cõmiſſum fuerit, includantur: ita vt nec inde egredi, nec eis aliquid ad victũ, præter panem & aquam, dari poſſit; donec Præpoſitum Generalem elegerint.

Quod ſi omnes communi 5
inſpiratione, non expectato ordine ſuffragiorum, quempiam eligerent; ille ſit Præpoſitus Generalis: Omnem enim ordinem, & eligẽdi formulam, Spiritus Sanctus, qui ad huiuſmodi electionem eos mouit, facile ſupplet.

Quando eo modo non pera 6
getur electio, formula quæ ſequitur, erit obſeruanda. In primis, quiſque ſeorſum orabit Deũ;

† &

C † & cũ nullo alio loquendo, in Creatoris ſui ac Domini conſpectu, ex ijs quę prius intellexit, apud ſe ſtatuet, quem ſit electurus: & in charta ſcribet nomen perſonæ, quam eligit in Præpoſitum Generalem, & ſuum ſubſcribet; & ad hoc, ſpatiũ vnius horæ ad ſummum præfigatur: deinde ad ſedes ſuas omnes conueniant: & Vi-
D carius† cum Secretario ad hoc ipſum inter Profeſſos electo, & alio tertio qui eis aſſiſtat, exurgẽs à ſede, proteſtetur nolle ſe admittere quenquam, nec excludere, quem non debeat.
E † Det autem omnibus abſolutionem generalem ab omnibus

*C ¶ Seruabunt omnes ſilentium in loco incluſionis; ita vt vnus cum alio non colloquatur in ijs quæ ad electionem pertinẽt (niſi quid eſſet, quod neceſſariũ uideretur; & id quidem coram omnibus dicendum eſſet) donec Generalis ſit electus.*

*D ¶ Antequã ingrediantur in locum electioni deſtinatũ, in ſpatio quatuor illorũ dierũ congregati omnes qui in loco Congregationis Profeſſi inuenientur,[a] Secretariũ, et Aſſiſtentẽ eligent: ac quilibet quem nominet, ſcriptum dabit: & publice Vicarius, cũ duobus ex Profeſſis antiquioribus, videbit quis plura habeat ſuffragia; & vbi paritas eſſet, tres ipſi ſuffragia ſua ferent: & qui duo habuerint ex eis, Secretarius, & Aſſiſtens erunt.*

[a] Inf. F. & G. & p. 90 c. 5. §. 4.

*E ¶ Abſoluit ab omnibus cenſuris, quas non incurriſſent propter defectus ad hanc electionem pertinentes.*

 F ¶ For-

bus cenſuris,ad hunc canonicę electionis effectum.' Poſtmodum inuocata Spiritus Sancti gratia, accedat cum ſuis ſocijs ad menſam in medio poſitam: & ipſimet tres prædicti, mutuo ſuffragia ſua alius ab alio petant: & † iuret vnuſquiſque, F prius quam det, quòd eum nòminat, quem ſentit in Domino ad hoc munus magis idoneũ:' & ſuffragia in manibus Secretarij ſimul ſeruentur: deinde à quolibet eorum, qui in Congregatione ſunt, ſeorſum, ſed tamen coram alijs, proprium ſuffragium ſcripto contentum poſtulent; quod, præuio eodem iuramento, eiſdem dabit vnuſquiſque. Deinde in medio omnium Secretarius ſuffragia, electum ſolummodo nominãdo, promulgabit: ac demum vno ſuffragiorum numero cum alio collato, qui plus quàm mediam partem ſuffragiorum omnium habuerit, ſit Præpoſitus Generalis: & ita qui prius eum nominauit, vel Vicarius percõtetur alios, an ſuum cõſenſum

ei

*F ¶ Formula iuramenti hæc eſſe poterit; Teſtẽ inuoco, cum omni reuerentia, IESVM Chriſtum, qui ſapientia eſt æterna, quod ego. N. illum eligo, & nomino in Præpoſitũ Generalẽ Societatis IESV, quem ſentio ad hoc onus ferendum aptiſſimũ. Itaque duo iurat; vnum, quod ſuum nomen ponit, vt perſonæ eligentis; alterũ, quod ponit nomẽ illius, quem magis idoneum iudicat, vt perſonæ electæ: & tunc ſuffragium ſuum ſcriptum dabit. Et hanc iuramenti formulã quiſ-*

*que*

ei prętent, quem maior pars elegit: & vtcunq; reſpondeat, formabit Decretũ electionis, dicendo; In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; EGO. N. nomine meo, & omnium idem ſentientium, eligo. N. in Præpoſitum Generalem Societatis IESV. Quo peracto,

G † ſtatim omnes ad reuerentiã ei exhibendam accedant; & flexo vtroque genu, manum eius oſculentur. Qui uero electus fuerit, nec electionem, nec exhibitam reuerentiam (memor cuius nomine eam admittere debet) recuſare poterit. Deinde ſimul omnes dicant, Te Deum laudamus.

7 Si non fuerit qui amplius quam mediam partem ſuffragiorum habeat; alia ratio, ſcilicet compromiſſionis, ineatur;

H † electis inter omnes tribus, aut quinque electoribus (qui nimi-

*que ſcriptam habeat exterius in eadem charta ſui ſuffragij, & eam legat alta voce, cum ſuffragium dat tribus deſignatis. Locus autem, vbi quiſque ſeorſum, & corã omnibus ſuũ dat ſuffragium, menſa erit in medio conſtituta, vbi Vicarius eſt cum* [a] *ſuis Aßiſtentibus.* [a] Sup. D.

*G ¶ Incipiente Vicario* [b] *cum Aßiſtẽtibus; vel (ſi aliquis eorũ fuerit electus) duobꝰ reliquis; et ſequẽtur ceteri.* [b] Sup. D.

*H ¶ Modus eligendi hos electores erit, vt ſcribat vnuſquiſque quos ſentiat eligendos; & qui plura habuerint ſuffragia, ſint electores: & cum quiſque ſcripſerit huiuſmodi electorum nomina, iurabunt omnes in hanc formam; Teſtem inuoco*

*eo IESVM Chriſtum, qui ſapientia eſt æterna, quòd ego. N. illum eligo, & nomino in Præpoſitum Generalem Societatis IESV, quem electores ad id conſtituti elegerint, et nominauerint.*

I ¶ *Poterit Vicarius cùm plurium aſſenſu, vel qui electus fuerit in Præpoſitũ Generalem, decernere cẽſuras, quæ cõuenire in Domino videbuntur.*

nimirum ad id munus plura habuerint ſuffragia) & quo maior horum trium vel quinque pars inclinauerit, ille ſit Præpoſitus Generalis, & promulgetur, eique reuerentia exhibeatur, & Deo Noſtro gratiæ agãtur; vt ſuperius [a] dictum eſt.

a Sup. §. 6.

Poſt promulgationem, nulli integrum erit, ſuffragium ſuũ mutare, nec peracta electione aliam tentare: & obſeruet quæ dicta ſunt, qui ſchiſmaticus ac ruinæ Societatis auctor haberi nolit, & in pœnam Excommunicationis latæ ſententiæ incidere; † aliaſque graues cenſuras ſubire, pro arbitrio Societatis; cui [b] vnio & conformitas omnimoda ad Dei gloriam conuenit.

g

I

b P. 3 c. 1. §. 18.

## DE MODO IN DELIBERATIOnibus tenendo, quando in Congregatione generali non de electione Præpoſiti, ſed alijs de rebus agitur. Cap. VII.

CVm in Cõgregatione, non de electione Præpoſiti, ſed alijs de rebus grauibus, & ad ſtatum

i

tum Societatis pertinentibus agitur; incluſio neceſſaria non erit: licet ſit curandum, vt quam expeditiſſime fieri poterit, quæ tractanda ſunt, abſoluantur. Sed quia ex prima & ſumma Sapientia deſcēdat oportet lux ea, qua dijudicari poſſit quid ſtatuere conueniat; in [a] primis Miſſarum Sacrificia offerentur; fietque oratio in loco Congregationis, & alijs partibus Societatis, per totum illud tempus quo congregantur, & quo tractantur res in eo Conuentu definiendæ, ad gratiā impetrandam; vt omnia ad maiorem Dei gloriam conſtituantur. [a] Sup. c. 5. §. 3. & 4.

2 Deinde ſemel, aut ſæpius
A omnibus congregatis, † Præpoſitus Generalis, deinde Prouinciales, Rectores, alijque ad Cōgregationē vocati, quæ eis tractanda videbuntur, rationeſque eorum quæ ſentiunt, poſtquam diligēter omnia conſiderauerint, ac Deo & Domino Noſtro commendauerint, coram omnibus breuiter proponent. Et poſtquā propoſuerint ſum-

*IN CAPVT VII.*

A Q*Vi veniunt Prouincialium loco, eis abſentibus eodem ordine loquentur. Hoc tamen obſeruabitur, vt antiquiſſimus ex Profeßis cuiuſuis Prouinciæ, qui Prouincialis ſit, vel loco Prouincialis veniat, dicat primus; & eum ſequentur reliqui omnes eiuſdē Prouinciæ, iuxta antiquitatem Profeßionis, vel Votorum, quæ Coadiutores Spirituales emittūt. Poſtea inter reliquos Prouinciales*

*uinciales, qui fuerit antiquior, & cũ eo reliqui ex eadem Prouincia. Poſt huiuſmodi ſequentur, ſi alij fuerint, qui ſub nullo Prouinciali ſint, vel extra ordinem ſint vocati; qui etiam ordine antiquitatis dicent.*

B ¶ *Suum ſcriptum ſuper menſa, quæ in medio erit, ponendo. Curabit autem Secretarius, vt, ſi opus fuerit, plura exempla exſcribantur, vel quiſque ſecum ferat; quibus rationes, quæ ipſos mouent, contineantur; vt videri poſſint ab ijs, qui sẽtẽtiã de rebus eiſdem dicturi ſunt.*

C ¶ *Pro-*

ſummam † ſcriptam in medio B
relinquent; vt ſiqui velint, eam legant; & quod ea de re ſentiunt, in ſequenti Congregatione dicant.

Rebus agitatis hinc inde in 3
vna vel pluribus Congregationibus, ſi nihil manifeſte in alteram partem conſtitui videretur; communi omnium, vel fere omnium aſſenſu, quatuor, qui definiant, ex ijs qui interſunt Conuentui, & in eo ius habent ſuffragij, pluriũ ſententijs (quibus alij ſe ſtare velle compromittant) eligantur: qui quoties opus fuerit, cũ Præpoſito Generali congregati, omnia ea, de quibus agitur, decident. Quod ſi omnes eiuſdem ſententiæ nõ fuerint; quo verget maior pars, id præferendum, & à tota Congregatione, vt de manu Domini, admittendum erit.

Si Præpoſitus Generalis ea 4
corporis valetudine non eſſet, vt poſſet rebus omnibus tractandis intereſſe; poſſet alium ſuo loco ſubſtituere; & ſic ſigilla-

latim, omnibus rebus conſtitutis, prout maiori parti viſum fuerit, quod decretum eſt, ſcribetur; & in plena Congregatione legetur: &, ſi etiam tunc alicui viſum fuerit, quid ea in re ſentiat, dicere ei licebit: ſed omnia tandem arbitrio Præpoſiti cũ Definitoribus relinquẽtur.

5 Cõſideratis denuo illis, quæ diſcuſſa ſunt, & modo iam dicto rurſum conſtitutis, Secretarius in libro ad id deſtinato C † ea poſtmodum promulganda ſcribet.

## NONA.

*C ¶ Promulgatio fiet coram tota Domo, ac poſtea per Domos & Collegia reliqua; quod de ordinationibus & ſtatutis dictũ intelligatur, quæ, vt vbique obſeruentur, conſtituta ſunt. quod enim ad Collegium, vel Domũ, vel perſonã vnã tantum pertineret, non eſt quod alijs in locis promulgetur; quamuis res ſecretæ non eſſent: ſed ſi eſſent ſecretæ; multo magis euulgatio, ſub grauibus cenſuris arbitrio Præpoſiti Generalis, eſt prohibenda.*

*Ordinationes in Congregatione conſtitutæ, in ſuo vigore permaneant (ſi in alia Congregatione generali non reuocarentur) quamuis Præpoſitus Generalis, ſub quo factæ ſunt, è viuis exceſſiſſet.*

DE-

# NONA PARS DE IIS QVÆ AD CAPVT Societatis, & gubernationem ab eo deſcendentem pertinent.

## *QVOD PRAEPOSITVM Generalem, & quidem perpetuum, dum vixerit, eſſe oporteat.*

## *Cap. I.*

VT in omnibus Rebuſpub. vel Cō gregationibus bene conſtitutis, præter eos qui ad fines particulares in eis tendunt, neceſſe eſt eſſe aliquem, vel etiam plures, qui boni uniuerſalis curam habeant, &, vt ad proprium finem, ad id tendant: ſic etiam in hac Societate, præter eos, qui particularibus Domibus, Collegijs, & Prouincijs etiam, in quibus huiuſmodi ſunt Domus, vel Collegia, præſunt, neceſſe eſt a eſſe aliquē, qui vniuerſæ Societatis curam habeat; qui hunc ſibi finem conſtituat, vt bene gubernetur, conſeruetur, & augeatur totum Societatis corpus; & hic eſt Præpoſitus Generalis; qui cum duobus modis eligi poſſet; ſcilicet, vt ad tempus aliquod definitum, vel vt quandiu viuet, Societati

a Inf. c. 6. §. 1.

A cietati preſit: †propterea quòd experientia, & in gubernando exercitatio, & hominum parti
B culariũ notitia,'†& erga eoſdẽ auctoritas' cõfert magnopere, vt bene hoc munus obeat; ad vitam, & non ad tempus aliquod præſcriptum, erit eligendus. [a] Accedat autem ad cetera hoc cõmodi ex eo; vt Societas in rebus magni momẽti, ad Dei gloriam, ſatis fere sẽper oc cu-

## DECLARATIONES In nonam Partem.

### IN CAP. I.

A ¶ *PRæter rationes quæ in hac Conſtitutione attinguntur, vt Generalis ad vitam cõſtituatur; ſunt et aliæ.* [b] *Vna eſt, quòd longius recedet omnis cogitatio & occaſio ambitionis, quæ huiuſmodi officiorum peſtis eſt, quàm ſi certis temporibus eſſet eligendus.*

[a] P.8. c 2. §.1. & c.4. §.2.

[b] Par. 10. §.6.

*Altera, quòd facilius eſt vnum idoneum, quàm plures, ad hoc munus inueniri.*

*Tertia eſt, exemplum quod ſumitur ex communi ratione gubernationum magni momenti, quæ ad vitam eſſe ſolent, tam in eccleſiaſticis, Summi Pontificis, & Epiſcoporum; quàm in ſecularibus, Principũ ac Dominorum. De remedio autem, quo euitentur aliqua incõmoda, quæ ſequi poſſet ex huiuſmodi officio, ſi ad vitã teneatur; inferius, capite quarto agetur.*

B ¶ *Maior erit Præpoſiti auctoritas, ſi mutari non poterit, quam ſi ad vnũ vel plures annos eligeretur; cum externis, quia magis omnibus notus erit; & cum iis, qui de Societate ſunt, propter rationem eandem. Et contra, ſcire, quod eo officio aliquando ſit perfun ctурus,*

cupata, † vniuerſalibus his Cō uentibus, minus laboris & diſtractionis patiatur.

*ctūrus, & æqualis, vel inferior aliis futurus; eſſe etiam in eo parū exercitatum, auctoritatem poteſt imminuere.*

*C ¶ Conſtat, rarius congregandam vniuerſam Societatem, ſi Præpoſitus ad vitam eligetur: quandoquidem quæ fiunt Congregationes, maiori ex parte, ad eius electionem, & raro in aliis occaſionibus fiūt.*

## *QVALIS ESSE DEBEAT Præpoſitus Generalis.*

### *Cap. II.*

† INter dotes varias, quibus ornari Præpoſitū Generalem optandum eſt, omnium prima hæc erit:[a] vt cum Deo ac Domino Noſtro quàm maxime coniunctus, & familiaris, tam in oratione, quam in omnibus ſuis actionibus ſit: vt eo vberius ab ipſo, vt boni totius fonte, vniuerſo corpori Societatis abundantem donorū, ac gratiarum eius participationem, ac multum valoris, & efficaciæ omnibus illis rationibus, quibus ad animarum auxilium vtetur, impetret.

a Inf. c.6. A.& p.10. §.2.

### *IN CAPVT II.*

A ¶ *AD has ſex partes, vt primarias, reliqua reducuntur: quandoquidem in eis Præpoſiti perfectio conſiſtit erga Deum; quodque eius affectū, intellectum, & executionē perficit; quodque ex bo-*

2 Secun-

2 Secunda, [a] vt vir ſit, cuius in omni virtutũ genere exemplum, reliquos de Societate iuuet; ac pręcipue in eo ſplendor charitatis erga omnes proximos, & in primis erga Societatem, ac veræ humilitatis, quæ Deo & hominibus amabilem eum reddant, ſit conſpicuus.

*bonis corporis, & externis iuuare poterit. et iuxta ordinem poſitum, momentum earum æſtimandum eſt.*

*B ¶ Et*

[a] Inf c.6. A. & p. 8. c.1.G.

3 Liber etiam ab omnibus inordinatis affectionibus, per gratiam Dei edomitis & mortificatis, ſit oportet; ne interius iudicium rationis perturbent: & vt exterius tam ſit compoſitus, & in loquendo præſertim tam circunſpectus, vt in eo nihil, ne verbum quidem, notari poſſit, quod non ad ædificationem, ſiue eorum qui de Societate ſunt (quibus ſpeculi, & exemplaris loco eſſe debet) ſiue externorum faciat.

4 Nihilominus eo modo didicerit rectitudinem ac ſeueritatem neceſſariam, cum benignitate & manſuetudine miſcere, vt nec ſe flecti ſinat ab eo quod Deo ac Domino Noſtro gratius fore iudicauerit; & tamen filijs ſuis, vt conuenit, compati nouerit: eo modo ſe gerendo, [b] vt etiam qui reprehenduntur, vel corriguntur, quamuis ſecundum inferiorem hominem quod agitur diſpliceat, agnoſcant nihilominus quod recte in Domino, & cum charitate ille ſuum officiũ faciat.

[b] Inf. c.3. §.11 & p. 3.c.1.§.15. & N.

5 Animi etiam magnitudo ac fortitudo eſt ei perneceſſaria, ad infirmitatem multorum feren

dam,& res magnas in diuino ſeruitio aggredien das;in eiſq; conſtanter,quando id conuenit, perſeuerãdum;non propter contradictiones(licet à magnis,& potentibus excitatas)animum deſpon dendo; nec ab eo,quod ratio, & diuinum obſequium poſtulat,vllis eorum precibus, aut minis ſeparari ſe ſinendo;vt omnibus demum caſibus, qui incidere poſſunt, ſit ſuperior: nec proſperis efferri,nec aduerſis deijci animo ſeſe permittat: paratiſſimus,cum opus eſſet,ad mortem pro Societatis bono, in obſequiũ IESV Chriſti Dei ac Domini Noſtri,ſubeundam.

Tertia eſt, vt præclaro intellectus, ac iudicij 6
dono polleat;vt nec in rebus ad ſpeculationem, nec ad praxim pertinentibus, quæ occurrerint, hoc talento ſit deſtitutus. Et quamuis doctrina valde ei neceſſaria ſit, qui tam multis viris erudi
a Par. 10. tis eſt præfuturus; [a] magis tamen eſt neceſſaria
§.2. prudentia, & in rebus ſpiritualibus & internis exercitatio, ad varios ſpiritus diſcernendos; ad conſilium ac remedium tam multis qui neceſſitatibus ſpiritualibus laborabunt, adhibendum.
b P.7.c 2. [b] Diſcretionis etiam donum in rebus externis,
F. ac modo res tam varias tractandi, [c] & cum tã di-
c P.4. c.8. uerſis hominum generibus in ipſa Societate &
§.8. extra illã,agendi,ſummopere erit ei neceſſariũ.

Quarta,& in primis neceſſaria ad res conſi- 7
ciendas, eſt vigilantia, & ſolicitudo ad eas incipiendas, & ſtrenuitas ad eaſdem ad finẽ & perfectionem ſuam perducẽdas;vt nec incuria, nec

remiſ-

remiſsione animi, inchoatæ & imperfectæ relinquantur.

8 B Quinta ad corpus pertinet; in quo, quod ad ſanitatẽ, ſpeciẽ externam, † & ætatem attinet, habenda eſt ratio hinc quidẽ decentiæ & auctoritatis, inde vero virium corporis, quas eius munus exigit;' vt in eo fungi officio ſuo, ad Dei ac Domini Noſtri gloriam, poſsit.

9 C [a] Sexta † circa res externas eſt; inter quas, quæ magis ad ædificationẽ, & Dei obſequiũ in eo officio conferunt, præferri debent.' [b] Huiuſmodi eſſe ſolent, exiſtimatio ac bona fama: & demum, quæ ex ceteris ad auctoritatem cum externis, & cum ijs qui de Societate ſunt, adiuuant.

10 Denique ex eorum numero eſſe debet Præpoſitus Generalis, qui in omni virtutũ ornatu clariſsimi, & de Societate optime meriti, & diu in eadem tales eſſe perſpecti ſunt. Et ſi aliquæ ex dotibus ſuperius dictis deeſſent; certe nõ deſit eximia probitas, & amor erga Socie-

*B ¶ Et ſic videtur ætas valde ſenilis non conuenire, quæ ad labores & curas huius officij idonea eſſe non ſolet; nec valde iuuenilis, quam nec auctoritas, nec experientia quæ conuenit, comitari ſolet.*

*C ¶ Externa cenſentur; nobilitas, diuitiæ, quas in ſeculo habuit, honor, & ſimilia. Et horum, ceteris paribus, aliqua ratio eſt habenda: alia tamen maioris momenti ſunt, quæ, quamuis hæc deſint, ad electionẽ poſsint ſufficere.*

[a] P.1.c.2. §.13.

[b] P.8.c.1. G.

tatem, ac iudicium bonum, quod etiam idonea doctrina comitetur. In reliquis enim, per eos [a] qui ad eius auxilium deſtinandi ſunt (de quibus inferius dicetur) cum auxilio & fauore diuino, multa ſuppleri poterunt.

a Inf. c.6. §.7.& cet. & p.8.c.2. §.1.

## DE AVCTORITATE PRAEPOSITI *Generalis erga Societatem, ac de officio eius. Cap. III.*

1 VT [b] bene gubernetur Societas, expedire valde videtur, vt Præpoſitus Generalis omnem habeat auctoritatem in Societatem, ad ædificationem. quæ poteſtas (vnde Præpoſiti officiũ cognoſcitur) hæc erit: [c] primum Præpoſitus Generalis per ſe, & per alios admittere in Domibus, vel Collegijs, vel vbicunque libeat, poterit eos qui ad Inſtitutum Societatis ei idonei videbuntur; ſiue ad Probationẽ, † ſiue [d] ad Profeſſionẽ,' ſiue in Coadiutores formatos, vel Scholaſticos approbatos admittendos cenſeat. A

† [e] Poterit etiã eoſdem dimittere, & à Societate remouere.' B

Eiuſ-

b P.4.c.10. §.2.& p.8. c.1.§.6. & p.10. §.8.

c P.1.c.1. §.1.

d P.5.c.1. §.2. & B. &c.2. §.4. & 5.

e P.2.c.1. §.2.

*IN CAPVT III.*

*A ¶ CVm vnũ vel plures ad Profeſſionẽ per aliũ admiſerit, prius nominatim de eis certiorẽ fieri, & de eorũ dotibus ipſi ſatisfactũ eſſe oportebit: [f] vel hoc munus admittẽdi pro ſuo arbitratu (iuxta id, quod in quinta Parte dicitur) alicui, cui perinde, ac ſibi ipſi, cõfidat, peculiariter cõmittat.*

f P.5. c.1. §2. & B. & c.2.A.

*B ¶ Iuxta id, quod in ſecunda Parte de dimittendi ratione dictum eſt.*

*C ¶ Siue*

2 Eiuſdem erit, quos mittendos iudicauerit, & quocunque volet, ad ſtudia litterarum mittere. [a] Poterit & eoſdem reuocare ante vel poſt abſo- luta ſtudia, ac transferre ab vno in alium locum; prout ad ipſorum particulare, & ad vniuerſale bonum Societatis magis conuenire in Domino exiſtimabit.

a P.4. c.9. §.2.

3 [b] Totam habebit ſuperintendentiam, & gubernationem Collegiorum, quod ad Scholaſticos, & Præceptores, & Officiales attinet: inter quos primas tenent Rectores; [c] quos conſtituere, ac remouere poterit, eamque facultatem eiſdem communicare, quam ſenſerit in Domino conuenire: & [d] per huiuſmodi Rectores, adminiſtrationem Collegiorum exercebit in ijs quæ ad ædificia, & temporalia ipſorum bona in Scholaſticorum vſum comparata pertinent; vt in litteris Apoſtolicis continetur.

b P.4. c.2. §. 5. & c. 10. §.1.

c Inf. §.14. & 15. & p. 4. c.2. §.5. & c. 10. §.3.

d P.4. c.2. §. 5. & C.

4 [e] Curabit etiam, † vt illi ra-
C tionem officij ſui eo modo qui conuenire maxime videbitur, reddant. Et quod de Collegijs dicitur, de Vniuerſitatibus Societatis eius curæ commiſſis dictum intelligatur. Res enim earum quę ad vitę ac doctrinę inſtitutionem pertinent, adminiſtrare, Præpoſiti Generalis munus erit; quod per miniſtros à ſe iuxta Conſtitutiones conſtitutos, exercebit, & cet.

e Inf. §.15. & p.4. c.2. §. 5. & c. 10 §.3.

C ¶ *Siue reddenda ſit ratio ei dem, ſiue Præpoſito Prouinciali, ſiue alij cuipiam, qui ad eam exigendam poteſtatem commiſſariam habeat.*

D ¶ *Per*

Eſt item penes Præpoſitum Generalem omnis 5
facultas agendi quoſuis contractus emptionum
aut venditionum quorumlibet bonorum tempo-
ralium mobilium tam Domorum quam Colle-
giorum Societatis: & imponendi, ac redimendi
quoslibet cenſus ſuper bonis ſtabilibus ipſorum
Collegiorum, in eorundem vtilitatem ac bonũ,
cum facultate ſeſe onere liberandi, reſtituta pecu
nia quæ data fuerit. Alienare [a] autem, aut omni-
no diſſoluere Collegia, vel Domos iam erectas
Societatis, ſine generali eius Congregatione, Præ-
poſitus Generalis non poterit.

a Inf § 17. & 18. & p. 4. c 2. §. 3. & c. 10. §. 2. & c. 11. §. 2 & p. 8. c. 2. §. 2.

De ijs vero quæ Societati ita relinquuntur, vt 6
ipſa pro ſuo arbitratu ea diſponat (ſiue bona ſta-
bilia illa ſint, vt Domus aliqua, vel prædium non
alicui certo Collegio ab eo qui relinquit determi
nate applicatum uel annexum; ſiue mobilia, cu-
iuſmodi ſunt pecunia, triticum, & quæuis alia
mobilia) idem Generalis diſponere poterit, aut
vendendo, aut retinendo, aut huic vel illi loco id
quod ei videbitur, applicando; prout ad maiorẽ
Dei gloriam ſenſerit expedire.

Et Præpoſiti Prouinciales, aut Locales, & 7
Rectores, & alij eius Commiſſarij, eam partem
huius facultatis habebunt, quam ipſis Gene-
ralis communicauerit. Neque vero Collegiales
ad huiuſmodi actus collegialiter erunt con-
gregandi.

b Inf c. 6. A. & p. 4. c. 10. §. 5. & p. 6. c. 1. §. 1. & c. 5. & p. 10. §. 13.

Sicut ad Generalem pertinet curare vt [b] So- 8
cietatis Conſtitutiones vbique obſeruentur;

†ita

D † ita ad eundem pertinebit, in ijs quæ accidunt, vbi diſpenſatione opus eſt, habita ratione perſonarum, locorum temporum, & aliarũ circunſtantiarũ, diſpenſare: ' quod munus ea cum prudentia, quam lux æterna communicauerit, [b] finem earundem Conſtitutionum intuendo, qui alius non eſt quàm maius Dei obſequium, & eorum bonum, qui hoc viuendi Inſtitutum ſequuntur, præſtabit. E Idque † tam de experimentis eorum, qui in Probationibus verſantur, ' quàm de alijs rebus, in quibus eam fuiſſe mẽtem eorum, qui Conſtitutiones condiderunt, ad gloriam Dei ac Domini Noſtri iudicabitur, dictum ſit.

*D ¶ Per ſeipsũ exercere debet Generalis hanc poteſtatem: [a] & per alios in caſibus vrgentioribus id etiã præſtare poterit, vbi ſine incommodo inſigni expectari nequit; vel vbi peculiariter alicui, cui, tanquam ſibi ipſi, fideret, præſertim in locis remotiſsimis, qualis eſt India, committeret. Et intelligendum eſt, diſpenſare poſſe, vbi eam eſſe mentem Conſtitutionum, vt dictum eſt, conſideratis circunſtantijs particularibus, & non aliter, in Domino iudicaret.*

a Par. 4. c. 10. B.

b Proœ. Declar.

Idem

*E ¶ [c] Penes Generalem erit, vt omnia experimenta, & plura etiam quàm illa ſex de quibus in Examine dicitur, fiant; vel vnum aut plura eorum omittantur, vel cũ alijs permutentur, conſtituere; quãdo alicui non conueniret, quod generatim conuenit; cuiuſmodi eſſet hoſpitale, vel peregrinatio, vel lectio, vel*

c Exa. c. 4. §. 9. & 16.

[a] Idem Generalis in Miſſio- 9
nibus omnem habebit poteſta
tem; eis tamen nulla ratione re
pugnando, quæ à ſede Apoſto-
lica (vt in [c] ſeptima Parte dici-
tur) proficiſcuntur. Mittere er-
go poterit omnes ſibi ſubditos,
ſiue Profeſſionem emiſerint,
ſiue non emiſerint (quos mittẽ
dos iudicauerit) † ad quaslibet F
mundi partes, ad quoduis tem
pus, vel definitum vel indefini
tũ, prout ei videbitur, ad quã-
uis actionem ex ijs quibus vti
ad proximorum auxilium So-
cietas ſolet, exercendam. † Po- G
terit etiam miſſos reuocare: &
in omnibus denique, vt ad ma-
iorem Dei gloriam fore ſenſe-
rit, procedere. † Idem, cum ta- H
lenta hominibus Societatis no
ſtræ donata cognoſcat, officia
Prædicatorum, Lectorum, &

Con-

a P.7.c.2. §.1.& A. B.& C.

*aliqua ex alijs Probationibus.*

b P.7.c.1. §.1.& B. & c.2.C.

c P.7.c.1.

*F ¶ [b] Vt inter fideles in Indijs, et inter infideles, vbi ſũt aliqui incolæ Chriſtiani, & etiã ſi nulli ſint, in quibuſdam caſibus, vel neceſſitatibus vrgẽtioribus: id tamen magna conſideratione præcedẽte fieri debet.*

d P.7.c.1. § 6.& c.2. H.

*G ¶ [d] Non ſolum miſſos per præcedentẽ Præpoſitum, vel per ſeipſum, ſed etiã per Summũ Pontificem, nullo tẽpore definito, poteſt reuocare; vt in litteris Apoſtolicis gratiarum, anno quadrageſimo nono, per Paulum Tertium noſtrum ſanctum Patrem nobis conceſſarum continetur.*

*H ¶ Hoc, ſicut alia multa dicta, & dicenda, poterit exequi Generalis per ſuos miniſtros; ſiue Præpoſiti Locales illi fuerint, ſiue non.*

I ¶ *Cum*

Confeſſarioru̅ diſtribuet.' De alijs officijs tantumdem intelligatur: & quẽlibet eo in munere, quod conuenientius ad diuinum obſequium, & ſalutem animarum obiturus in Domino videbitur, conſtituet.

10 [a] Eius erit, vti facultatibus à Sede Apoſtolica Societati conceſſis; & eam partem illarum, vnicuique inferiorum communicare, quam in ipſo bene collocatam, ad finem diuini obſequij nobis præfixum, exiſtimauerit. Eiuſdem erit, reuocare eas, vel contrahere; ad eandem regulam diuini beneplaciti omnia exigendo.

a P.5.c.1. A. & p. 8. c.1.§.6.

11 [b] Eiuſdem Generalis erit, correctionibus vti, ac pænitentias, quæ ad ſatisfactionem quorumcunq; defectuum conuenire uidebuntur, habita ratione perſonarum, & aliarum circunſtantiaru̅, iniungere: quarum conſideratio eius charitati cum prudentia coniunctæ, qua ad Dei gloriam vtetur, committitur.

b Sup.c.2. §.4 & inf. c.6.§. 2.& p.3.c.1.§. 15.& N.

12 [c] Eiuſdem erit, conuocare Societatem ad generalem Congregationem (quando alijs de rebus, quam de electione Præpoſiti eſt agendum) & ſtatuere, vt Prouincialis etiam Congregatio conuocetur, cum expedire iudicauerit; & dirigere eos qui co̅uenerint; ac ſuo tempore, iis abſolutis quæ tractanda erant, dimittere.

c P.8.c.2. C. & c. 4. §. 2. & c. 5.§.1.& 2.

13 [d] Sine eius facultate & approbatione, nullus poſſit dignitatem vllam extra Societatem admittere: nec ille facultatem huiuſmodi dabit, nec id approbabit, ſi Sedis Apoſtolicæ Obedientia ipſu̅

d P. 10 §. 6.& A.

non

non compelleret.

[a] Conſtituat idem, vt dictum eſt, per ſeipſum Rectores Collegiorum, & Vniuerſitatum, ac Præpoſitos Locales Domorum, quos aptiores fore iudicauerit; † [b] Prouinciales itidem Præpoſitos ad triennium vt plurimum (quamuis & cōtrahi, & prorogari etiam id ſpatium temporis poſſit, quando ad maiorem Dei ac Domini Noſtri gloriam id fore videbitur) [c] Quibus etiam eam poteſtatem communicabit, quam duxerit communicandam. 14 I

Poterit etiam eam reuocare, reſtringere, & etiam augere, [d] et adminiſtrationis rationem ab eis exigere. [e] Quòd ſi Prouinciali facultatem conſtituendi Præpoſitos Locales, & Rectores communicauerit; eiuſdem Generalis erit, eoſdem confirmare, vel remouere. 15

† Idem Officiales reliquos ad gubernationem Societatis neceſſarios, [f] vt Procuratorem generalem, [g] & Secretarium Societatis, conſtituet; eam illis facultatem 16 K

*I ¶ Cum iis qui bene ſuum officium faciunt, & ei poſſunt ſatisfacere, in triēnij definito ſpatio nihil deperit: quandoquidem hoc tempus & contrahi, & prorogari poterit: cum iis qui ſe parū idoneos oſtenderēt, id commodi accedit, vt ſine nota, curſu triennij peracto, remoueri poſſint: niſi ante id tempus, ratione vniuerſalis boni, Generali remouendi viderentur.*

*K ¶ Quanquā poterit ad has electiones, & res alias graues & dubias, rogare ſententias aliorum, quos iudicauerit*

[a] Sup. §.3. & p.4.c.2. §.5. & c. 10. §.3. & c.17.§.1.
[b] Inf. c.5. §.1.
[c] Sup.§.3.
[d] Sup §.4.
[e] Sup.§.3. & p.4 c. 2.§.5.& c. 10.§.3.& c.17.§1.
[f] Inf. c.6. §.12. & p. 4. c. 2. E.
[g] Inf. c.6. §.8.

cultatem, quàm pro negotiorum ac perſonarum ratione cō uenire in Domino iudicabit, communicando.

*uerit in Domino bene ſenſuros; cō ſtituere tandem, in eius erit poteſtate.*

IN

17 [a] Idem poterit, non expectata generali Cōgregatione, Domos, Collegia, Vniuerſitates Societati oblatas accipere; & in Fūdatores, cū priuilegijs in quarta Parte dictis, eos quos in Domino admittendos duxerit, admittere; et Lectores, Sacerdotes, et alia quæ occurrerint, prouidere. [b] Erit tamē ei curādum, vt cum huiuſmodi conditionibus admittat, ex quibus Societas commoditatem ad propoſitum ſibi diuini obſequij finem, & non detrimētum ſentiat. [c] Sed ſi experimento compertum eſſet, grauari magis, quā iuuari Societatē, nec Præpoſitus Generalis de remedio proſpiceret; in prima generali Societatis Cōgregatione, vtrū huiuſmodi Domū, Collegium, vel Vniuerſitatē relinqui, an teneri cum tali onere expediat, agi poterit.

18 [d] Transferre, vel diſſoluere Domos, vel Collegia iam erecta, aut in [e] vſum Societatis Profeſſæ redditus eorum conuertere, Præpoſitus Generalis, vt in quarta Parte dictum eſt, non poterit.

19 [f] Cognoſcat, quoadeius fieri poterit, conſcientias eorum qui ſub eius Obedientia ſunt; ac præcipue Præpoſitorum Prouincialium, & aliorum, quibus munera maioris momenti committit.

20 Generatim loquendo, in rebus omnibus quæ ad propoſitum Societati finem perfectionis & auxi-

a Par.4. Proœ.A.& c.2. §.1.

b P.4. c.2. §. 2. & c. 11. §.2. & A.

c Sup.§.5. & p.4.c.2. §. 2. & 3. & A.

d Sup §.5.

e Inf. c. 4. §. 7. & Exa. c.1.§. 4.& p.4.c. 2. §. 5. & c. 10. §. 1. & p.6.c.2. §. 3. & p. 10.§. 4.

f Exa. c.4. §.36.

auxilij proximorum ad gloriam Dei faciunt,
a P.6. c.5. [a] omnibus præcipere in Obedientiæ virtute poſſit. Et quamuis alijs inferioribus Præpoſitis, uel Viſitatoribus, uel Commiſſarijs ſuam facultatẽ communicet; poterit tamen approbare, uel reſcindere quod illi fecerint, & in omnibus quod uidebitur, conſtituere: & ſemper ei Obedientiã
b P.3. c.1. §.23. & p. 4. c. 10 §. 5. & p. 6. c. 1. §. 1. 2. & 3. & p. 7. c. 2. §. 1. & A. & p. 8. c. 1. D. ac reuerentiam ([b] ut qui Christi uices gerit) præſtari oportebit.

## *DE AVCTORITATE, VEL prouidentia, quam Societas habere debet erga Præpoſitum Generalem.*
## *Cap. IIII.*

*IN CAPVT IIII.*

A ¶ [c] *ET exercebit eã per Aſſiſtentes; de quibus mox dicetur.*
c Inf. c. 5. §. 2.

B ¶ *Vrge-*

† FAcultas, uel prouidentia Societatis erga Præpoſitum, (habita ſemper ratione boni uniuerſalis, ac maioris ædificationis) ſex in rebus, quæ ad Dei gloriam iuuare poſsũt, conſiſtit. 1 A

d Inf. c.5. §.2. [d] Prima ad res externas pertinet, ueſtitus, uictus, & expenſarũ quarumlibet ad perſonã Prępoſiti ſpectantiũ: quę omnia uel augere, uel imminuere poterit Societas; prout Præpoſitum ipſum, ac ſe decere, & Deo gratius fore iudicabit. Et huic Societatis ordinationi Præpoſitum acquieſcere oportebit. 2

e Inf. c.5. §.2. [e] Secunda ad corporis curam pertinet; ne in laboribus, 3

boribus, uel rigore nimio menſuram excedat. Qua etiam in re ad moderationem ſe reduci ſinet Superior, & Societatis arbitrio acquieſcet.

4 [a] Tertia ad animam eius ſpectat; cum etiam uiris perfectis aliquando huiuſmodi cura uel circa perſonam, uel circa officium ſit neceſſaria. Habeat ergo Societas cum Præpoſito Generali (& idem cum inferioribus fieri poſſet) aliquem, qui accedens ad Deum in oratione, poſtquàm diuinā bonitatem conſuluerit, & æquum eſſe id iudicauerit, cum modeſtia debita, ac humilitate, quid ſentiat in ipſo Præpoſito requiri ad maius obſequium & gloriam Dei, admonere teneatur; ſiue ille ſit eius Confeſſarius, ſiue alius quiſpiam per Societatem deſignatus, qui ad hoc negotium aptus videatur. a Inf. c.5. §. 2.

5 B [b] Quarta eſt, quòd, † ſiquis vrgeret (licet eum non obligando ſub pœna peccati) vt dignitatem aliquam admitteret, in qua Præpoſiti officium neceſſario relinquendum eſſet, non poſſet ſine conſenſu Societatis eam b Inf. c.5. §. 6. & E. & p. 10. §. 6. & A.

B ❡ *Vrgere intelligendum eſt, ſi Princeps aliquis ſecularis id curaret; & ordinaret Summus Pontifex aliquam ſumere dignitatem; non tamen ita abſolute imperando, vt oſtēdat ſe velle eum ad tale officium admittendum obligare. Nam in huiuſmodi caſibus, vbi ceſſat obligatio, non debet, nec poteſt ſine probatione Societatis eam admittere: nec Societas approbabit, ſi Pontifex præcepto, quod ad peccatum obliget, non compelleret.*

*C ❡ Vt*

eam admittere. Societas autem, ſemper intuendo quæ ad maius Dei obſequium & gloriam pertinent, ſi Obedientia Sedis Apoſtolicæ non compulerit, aſſenſum numquam præſtabit.

a Inf. c. 5. §. 6. & D.

[a] Quinta locum habet, ſi accideret vt valde ne- 6
gligens vel remiſſus eſſet in rebus magni momẽti, ad Præpoſiti officium pertinentibus; propter corporis grauem ægritudinem, aut ſenium, ſpe emendationis ea in parte ſublata; vnde multum detrimenti publicum bonum pateretur. tũc enim Coadiutor, vel Vicarius qui Generalis officio fungatur, eſt eligendus; ſiue ipſemet Præpoſitus eum cum approbatione Præpoſitorum Prouincialiũ ſibi ſubſtituat; ſiue illi cũ approbatione duorum Præpoſitorum Localiũ, vel Rectorũ vniuſcuiuſque Prouinciæ, eum per litteras pluribus ſuffragijs eligãt ad Societatis gubernationẽ; cum ea facultate, quæ Generali, vel ipſi Societati, ſi ea eligeret, communicanda videretur.

b Inf. c. 5. §. 4.

[b] Sexta locum haberet in quibuſdam caſibus 7
(quos ſperamus per Dei bonitatem, aſpirante ipſius gratia, nunquam euenturos) cuiuſmodi eſſẽt
peccata mortalia in externum
actum prodeuntia; ac nomina-
tim copula carnalis; † vulnera C
re quẽquã; [c] ex redditibus Col
legiorũ aliquid ad proprios ſũ-
ptus aſſumere, † vel cuiuis extra D
Societa-

c Sup. c. 3. §. 18. & Exa. c. 1. §. 4. & p. 4. c. 2. §. 5. & c. 10. §. 1. & p. 6. c. 2. §. 3. & p. 10. §. 4.

*C ¶ Vt cũ aliquo armorũ genere, vel cultello, vel re quauis, cum qua inſignis læſio inferri poteſt.*

*D ¶ Id agitur peculiariter, vt non det conſanguineis,*

*guineis,*

Societatem donare; vel aliqua ſtabilia bona Domorum, aut Collegiorum alienare; vel prauam doctrinā habere. Siquid ergo horum accideret, poteſt
E ac debet Societas † ([a] ſi de re ſufficientiſſime conſtaret) eum officio priuare; [b] &, ſi opus eſt, à Societate remouere: in omnibus præ oculis habendo quod ad maiorem Dei gloriam & vniuerſale bonum Societatis fore iudicabitur.

*guineis, vel eis qui coniunctionem aliquam ſecularem cum ipſo habent: & non præcluditur oſtium, vt fiat eleemoſyna, vel detur, quod conuenit, ei, cui dari debere ad Dei gloriam Generalis ſentiret.*

[a] Inf. c 5. §.4.
[b] P.2. c.1. §. 1. & A.

*E ¶ Quoniam qui curam aliorum, præcipue tam vniuerſalem habent, iniuſte calumniam à multis pati varias ob cauſas poſſunt, diligenter animaduertere oportet, vt Probationes dictorum defectuum ſint, quam fieri poſſit, efficaciſsimæ, morali modo loquendo.*

## *DE MODO QVO PROCEDERE debet Societas in ijs quæ ad Præpoſitum Generalem pertinent. Cap. V.*

1 IN primis Præpoſiti Prouinciales, [c] quos Generalis ipſe per ſe conſtituit, in conſpectu Dei conſiderare & efficere quod vniuerſali bono Societatis debent in prædictis ad Præpoſitum Generalem pertinentibus, prout in Domino ſenſerint, teneantur.

[c] Sup.c.3. §.14.

a Sup.c.4. §.2.

b Sup.c.4. A.& inf.c. 6.§. 10.& 11.& p.8 c.1.G.

c Inf. c.6. §.10.

d Sup.c.4. §.2.3.& 4.

*IN CAPVT V.*

A ¶ P*Roſeſſi ſint, ſi cōmode fieri poterit. Et ſi aliquãdo huiuſmodi Aßiſtẽtes (vel aliquis eorum) à Præpoſito recederent, mißi ad hanc vel illã partem, vt cito redeãt; neceſſe non erit alios in eorum locum ſubrogare: ſi diu eos abeſſe oporteret, alij ſubrogentur. Verum Præpoſitus Generalis ſine graui cauſa vel neceßitate eos procul à ſe mittere non debet.*

B ¶ *Rem*

[a] In ijs quę ad ſumptus & curam corporis eius, & res alias minus graues pertinent, Congregatione opus non eſt: ſed † vt [b] Societas viros quatuor ei Aſſiſtentes, qui diſcretione, ac zelo communis boni Societatis polleant, conſtituat: qui [c] quidem apud Præpoſitum manentes, in conſpectu Creatoris ac Domini ſui dicere, ac efficere, [d] quidquid circa tria prima in præcedenti capite dicta, ad maiorem Dei gloriam fore ſenſerint, teneantur. 2 A

3 Electio vero quatuor huiuſmodi Aſſiſtentium, eorum erit qui Præpoſitum eligent, quando ad id congregantur. Quod ſi vel mortem obiret, vel à Præ poſito Generali diutius abeſſe, propter cauſas graues, aliquem ipſorum oporteret; non repugnantibus Prouincialibus Societatis, Præpoſitus Generalis alium ſubſtituet, qui cum approbatione omnium, vel maioris partis eorum, manebit in demortui vel abſentis loco.

e Sup. c.4. §.7.

4 [e] Tertio, ſi accideret aliquod ex peccatis (auer

tat

tat id Deus) quæ ſufficiunt ad Præpoſitum officio ſuo priuandũ; ſimul atque res [a] per teſtimonia ſufficientia, vel ipſius affirmationem conſtaret; iuramento obſtringantur quatuor Aſſiſtentes ad id Societati denunciandum, & cum omnium, vel certe trium ſubſcriptionibus Congregationem, B † id eſt Præpoſitos Prouinciales cum duobus alijs, quos ſinguli ex ſua Prouincia ſecũ adducent (qui congregari tenebuntur) conuocandam. Et ſi res diuulgata, & communiter manifeſta eſſet; non expectata quatuor Aſſiſtentium conuocatione, Prouinciales alij alios vocando conuenire deberent. Et ipſo primo die, quo in locũ huiuſmodi Congregationis ingredientur, vbi aderunt quatuor illi qui conuocarunt, cum alijs congregatis, rem is aggrediatur, cui omnia notiora ſunt, & accuſatio dilucide explicetur: & poſtquam auditus fuerit Præpoſitus, foras egredi debebit: & antiquiſsimus ex Prouincialibus [b] ſimul cum Secretario, & alio Aſſiſtente de tota re ſcrutinium faciat; & primo quidem, an conſtet de peccato quod obijcitur; deinde an huiuſmodi ſit, vt propter id priuari officio debeat; & idem ſuffragia promulget, quæ, vt

a Sup. c. 4. §. 7.

b P. 8. c. 6. D.

B ¶ *Rem nihilominus ſecretam teneant, quantũ fieri poterit, cum alijs, etiam eiuſdẽ Societatis, donec veritas eluceat: vt ſi certũ eſſe, quod quatuor ſibi perſuaſerant, non inueniretur, iniuſta infamiæ nota Præpoſito nõ inuratur.*

C ¶ *Cum*

ſufficiant, duas tertias partes excedent; & tunc ſtatim de alio eligendo agatur: & ſi fieri poteſt, non prius inde egrediãtur, quam Societas Generalem Præpoſitũ habeat: & ſi eo die res tranſigi non poterit, in ſequenti, vel quam expeditiſsime fieri poterit, eo modo quo in octaua Parte [a] dictum eſt, tranſigatur.

† Si defectus deprehenſi non fuerint eiuſmodi, vt priuandus 5 C
officio ſuo, ſed tantum corrigendus videretur; [a] quatuor eligantur, quibus cura iniungatur conſiderandi, quæ correctio ei conueniat: & ſi non conuenirent, paribus ſuffragijs exiſtentibus, quintus adiungatur, vel tres alij; vt quid in Domino conueniat conſtituant.

† Si [b] accideret Præpoſitũ Ge- 6
neralem ad Societatis guber- D
nationem eſſe inutilem, [a] re par-

*C ¶ Cum defectus ad depoſitionem ſufficientes non deprehenderentur, alijs de rebus agatur, propter quas conuocata Societas videatur; et quod ad Præpoſitũ attinet, diſsimuletur: immo quoad eius fieri poterit, nullo tempore diuulgari debet. Et ſic, cum conuocãtur, præmoneri, & poſt rẽ diſcuſſam ſerio iniungi conſcijs, & præſertim Prouincialibus oportet, ne cui indicẽt. Et cũ conſtitutũ fuerit illum officio priuare, tunc etiam cũ Præpoſito Generali ſecreto agendum eſt, vt ipſemet officio ſe abdicet; vt hoc promulgari, et peccatũ, ac officij propter peccatũ priuatio occultari poſsit.*

*D ¶ Omnino eſſet inutilis, qui vſu rationis careret,*

[a] P.8.c.6.

[b] Sup.c.4. §.6.

partim coram eo, & partim in eius abſentia agitata, diſpiciatur an eligi Vicarium abſoluta cum poteſtate, quãuis ſine nomine Præpoſiti Generalis (quã diu uixerit qui tunc erat) oporteat: & id, ſi pluribus quàm dimidiæ parti ſuffragiorum viſum fuerit, ſic agendum erit. Si id neceſſarium fore non iudicarent, videndum erit an præter miniſtros illos quorũ opera Generalis vtebatur, Societas alios prouidere debeat; vt ſubleuato magis eo, et adiuto, non deſideraretur quod ad gubernationem Societatis conueniret. Et ea in re ſequi oportebit quod plus quàm media pars eorum qui congregati ſunt, ſtatuerit.[a] Si ageretur de dignitate, quam vt plurimum pati nõ poteſt Prępoſiti officiũ, ſi non compulerit talis Obedientia Summi Pontificis, quę ad peccatum obligare poſſet; res in conſultationem ne adducatur:

E † ſed id omnino tanquam certum tenendum eſt, nec debere, nec poſſe conſenſum ad huiuſmodi dignitatem admittendam, præſtari.

*reret; quique in morbum minime curabilem incidiſſet, tamque grauem, vt rebus ſui officij vacare non poſſet, nec aliquando vacaturus ſperaretur. Si morbus talis non eſſet, vt de ſanitate deſperandum videretur; ſine Congregatione generali Vicarius per eundem Præpoſitum poſſet conſtitui, vt ipſius officio, donec conualeſceret, omnino fungeretur: & recuperata ſanitate, conceſſa ei prius facultas ceſſabit.*

E ¶ *Hinc apparet*

[a] Sup. c. 4. §. 5. & B. & p. 10. §. 6. & A.

*ret neceſſarium non eſſe ad hoc ſtatuendum ad Congregationem venire: niſi Obedientia Sedis Apoſtolicæ intercederet, quæ Præpoſitum, vel Societatem (vt dictum eſt) ad peccatum obliget, niſi res ad effectum perducatur.*

## DE IIS QVAE IVVARE POTERUNT *Præpoſitum Generalem, vt ſuo officio bene fungatur.*

### *Cap. VI.*

CVM proprium Generalis officium non ſit concionari, nec Confeſſiones audire, nec alia huiuſmodi (in quibus tamen ille, vt particularis perſona, videbit quid præſtare poſſit, cum ei per alias occupationes officij ſui proprias licebit, & non aliter) † ſed [b] ita regere vniuerſum huius Societatis corpus, vt conſeruetur, & gratia diuina aſpirante in bono I A

**IN CAPVT VI.**

a Sup. c. 2. §. 2. & p. 8. c. 1. G.

b Sup. c. 1.

c Sup. c. 2. §. 1. & p. 10. §. 2.

*A ¶ [a] HOC præſtabit in primis auctoritate, et exemplo vitæ ſuæ, & charitate ac dilectione Societatis in Chriſto Domino Noſtro, & oratione [c] aſſidua ac deſiderijs plena, & Sacrificijs, quæ gratiam conſeruationis & augmenti huiuſmodi impetrent: & ex ijs quæ præſtare ipſe poteſt, hoc maximi momenti apud eum eſſe debet, & in quo plurimum in Domino confidat. Eſt enim in primis efficax ad gratiam à diuina Maieſtate impetrandam; à qua, quod expetitur proce-*

bono ſuo ſtatu, & modo proce dendi ad Dei & Domini Noſtri gloriam creſcat;' ad quem ſibi propoſitum finem ſua poteſtate vti debet.

2 Præter dona illa perfectionis magnæ ſpiritualis, ac virtutum, de quibus ſecundo capite dictum eſt, bonis [b] etiam miniſtris ad munera particularia obeunda opus habet. quamuis enim per ſeipſum aliquando in illis verſetur; habeat tamen neceſſe eſt Præpoſitos inferiores (quos viros ſelectos eſſe oportet) [d] quibus multum poteſtatis conferre, & huiuſmodi res particulares fere ſemper committere poſſit. [e] Eius autem crebrior communicatio inter Præpoſitos inferiores cum Prouincialibus erit; horum autem cum Rectoribus, & Prępoſitis Localibus, vt [f] melius ſubordinatio cõſeruetur. Aliquando tamen Generalis, vel vt pleniorem rerum omnium notitiã habeat, vel propter alia quæ ſæpius accidere ſolent, ipſemet cum Rectoribus, & Præpoſitis Localibus, & particularibus etiam perſonis aget; [g] eoſdemque conſilio, repre-

*procedit: idque potiſſimũ faciet, cũ neceſsitas occurrerit:* [a] *tum etiam id faciet, ſolicitudinẽ adhibendo ad Conſtitutionum obſeruationẽ;* [c] *iniungendo crebro ſibi rationẽ reddi eorum quæ in Prouincijs omnibus geruntur per Prouinciales; ſcribendo eiſdem quod ſentit de rebus ad ſe relatis; & curando, vt prouideatur, vbi conuenit, per ſe, & miniſtros; de quibus agetur.*

B ❡ *Hoc*

a Sup. c. 3. §. 8. & p. 4. c. 10. §. 5. & p. 6. c. 1. §. 1. & c. 5. & p. 10. §. 13.

b Par. 10. §. 8.

c P. 8. c. 1. §. 9. & L. & c. 2. B.

d P. 2. c. 1. §. 2. & B. & p. 4. c. 10. §. 4. & p. 10. §. 8.

e P. 8. c. 1. §. 4.

f P. 2. c. 1. §. 2. & p. 8. c. 1. §. 4. & E. & p. 10. §. 9.

g Sup. c. 3. §. 11.

reprehenſione, & ſi opus eſt, correctione iuuarē ſtudeat: quandoquidem eius eſt munus, defectus Præpoſitorum inferiorum ſupplere, ac cum diui no fauore & auxilio, quod in ipſis perfectũ non eſt, ad perfectionem perducere.

Ad omnia etiam conferet, ſi Generalis litteras Apoſtolicas, & conceſſiones omnes, quæ ad inſtitutionẽ, facultates, vel priuilegia Societatis pertinent, & quoddam eorum compendiũ apud ſe habuerit: catalogum itidem vnum omnium Domorum, & Collegiorum Societatis cum ſuis redditibus; & [a] alterum perſonarum omnium quæ in quauis Prouincia verſantur, non ſolum Profeſſorũ, & Coadiutorũ qui formati, ac Scholarium qui approbati dicuntur, ſed etiam illorum qui in Probationibus exercentur; vbi eorum nomina, & qualitates ſcribantur: & hunc catalogum renouandum ſingulis annis, ſi conuenire videbitur, curabit. Et demum omnia perſpecta habeat; vt in omnibus rebus melius poſſit quæ ad gloriam diuinam pertinent, prouidere. 3

[a] P.8. c.1. N.

[b] Quod in vniuerſum in ſexta Parte capite tertio dicitur, eos qui de Societate ſunt, negotijs ſecularibus, licet pia alioqui eſſent, implicari non debere; id Generali magis, quã reliquis omnibus, conuenit: † ne in eis, uel alijs etiam rebus, pijs quidem, ſed ad Societatem non pertinentibus, ita 4 B

[b] P.6. c.3. §. 7. & E.

B ¶ *Hoc intelligendum eſt, quatenus declinari poterunt. Sed*

ſta occupari ſe ſinat,' ut tempus ac vires ad ea quæ pertinent ad ipſius officium([a] quod quidem magis, quam totum hominem requirit) eum deſtituant.

5 C † Sed nec in executione miniſteriorum particulariũ ad Societatẽ pertinentium, quæ per alios effici poſſunt, magnopere occupari deberet:' cuiuſmodi eſſet peculiaris alicuius Domus cura, quod ad ſuſtentationẽ temporalem, & gubernationẽ eius attinet: quin potius, [b] vt ſuperius dicitur, ſuos quouis in loco, etiã vbi ipſe reſidebit, Officiales habeat; in quos ſi totam curam non reiecerit, ſubleuetur certe ab eis, & huiuſmodi curę occupatione liberetur.

6 [c] Sic etiam in quauis Prouincia eos habeat Prouinciales tam probatæ fidei, ut qui intelligit magna ex parte ex his & Localibus bonam gubernationem Societatis pendere. Cum autem illi tales fuerint, laborem cum illis, in rebus quæ id patiuntur, diuidendo, & de

*Sed demum prudẽtia docebit, nũ per ſe, aut alios de Societate debeat nonnumquã aliquorum piorũ operum, quæ ad Societatem non pertinẽt, curã ſuſcipere: vel quod magni ſint momẽti in Dei obſequio, vel in gratiam eorum, qui id impetrare ſtudent.*

[a] Inf. §.7.

[b] Sup. §.2.

C ¶ *Præſcribere ordinem, qui tenendus eſt (ſi talis non eſſet, qualis conueniret) vbi reſidet, & etiam alijs in locis, Præpoſiti Generalis eſt: ſed executio alijs, vt dicitur, demandabitur.*

[c] Par. 10. §.8.



D ¶ *Quo-*

*D ¶ Quoniam qui cum tam multis hominibus, deque rebus tam varijs & tanti momenti agere debet, ſi aliorum miniſterio non iuuaretur, onus ferret intolerabile, quod ne magna quidem cum diſtractione animi, et ſanitatis, ac lõgioris vitæ diſpẽdio bene poſſet ſuſtinere: et ſic videre eſt, eos omnes quibus gubernationum alicuius momenti cura eſt commiſſa, quo illis ſatisfacere poſſint, multis ad id auxilijs ſubleuari. Vnde & Generalis, vt bene, expedite, & ſuauiter ſuum officium faciat, eiſdem*

omnibus grauioribus certiorẽ ſe fieri curando, plus otij ac tẽporis ſibi relictũ, vt rebus vniuerſalibus vacet, quę ſolus ipſe obire poteſt, intelliget. Plus etiam lucis ad perſpiciendum quid in illis facto opus ſit, ſi ipſius intellectus eam lucẽ, qua donatus eſt, ex parte non amiſerit; vt eis accidit, qui plus æquo in rebus particularibus, ac exiguis occupantur; vnde opprimi & debilior reddi intellectus acies ad res vniuerſales perſpiciendas ſolet.

7 Nec ſolum Præpoſitus Generalis ad res particulares (vt [a] dictum eſt) miniſtris opus habet; † ſed etiam ad vniuerſales, D & ſui officij proprias; vt eis bene ac ſuauiter poſſit ſatisfacere. ' Habeat igitur neceſſe eſt, qui multa in memoriam reducendo, ad ſolicitudinem curandi res tam multas officij ſui; qui etiam cõſilio ad eas ordinandas; demum qui diligentia ac labore ad eas opere complendas adiuuet. Id enim compertum eſt, quòd nec viri vnius memo-

a Sup. 5.2. 5. & 6.

memoria tam multarum rerũ recordationi ſatis ſit; nec, ſi id præſtaret, vnius intellectus ad eaſdem bene conſiderandas & ordinandas ſatis eſſet; nec, quamuis & hoc poſſet, vires vnius ad eaſdem exequendas ſufficerent.

8 Ad [a] primum illud de ſolicitudine omnia curãdi, aliquo miniſtro ei opus eſt, qui ordi-
E narie apud ipsũ maneat; † qui pro memoria, & manibus illi ſit ad omnia, quæ ſcribenda, & tractanda fuerint, ac breuiter ad res omnes officij ſui obeundas; qui induat Præpoſiti perſonam; & præter poteſtatem, totũ officij eius põdus humeris ſuis impoſitũ eſſe exiſtimet.

9 Hic Præpoſiti miniſter vir eſſe ſolicitus, & diſcretionis, & ſi fieri poſſet, doctrinæ dono, & ſpecie honeſta, ac modo agendi verbo & litteris cum omni hominum genere, prędi tus eſſe deberet; quique in primis eſſet vir, cui confidenter quiduis committi poſſet; quique Societatem in Domino dilige-

*dem indiget auxilijs.*

E ¶ *Huius officium erit, ex omnibus litteris & informationibus ſummam in pauca redigere, & capita eorum quæ Superiori proponẽda ſunt, et quæ poſtulant vt reſpondeatur, vel aliquid agatur; & prout ſe extendet munus â Generali commiſſum, litteris poterit reſponde re; ſiue Generalis, ſiue ipſe Secretarius de ipſius cõmiſſione, eas ſubſcribat: et Generali eas, vel ſecundum eius voluntatem Aſſiſtẽtibus, vel ali cui eorum, aut etiam nulli oſten das*

[a] Sup. c. 3. §. 16.

*dat;prout res ipſæ,de quibus ſcribitur, & ratio perſonæ Secretarij exigunt.*

F ¶ *Etiam*

ligeret: quo vtilius eius opera ac miniſterio vti Præpoſitus Generalis ad gloriam diuinam valeat.

Secundum auxilium, videlicet conſilij ad res graues, quæ ſe offerunt, ordinandas & conſtituendas, quàm ſit Generali Præpoſito neceſſarium, ex earum multitudine, & ex humani intellectus natura, qui tam multas in partes conſideratione diuidi nequit, vel certe ad id quod oportet, in eis partibus diſpiciendum, ac prouidendum non ſufficit, poteſt intelligi.[a] Videtur ergo perneceſſariũ, vt aliqui ſint apud Superiorẽ viri, litteris & omnibus alijs Dei donis clari, qui ei aſſiſtant, & conſiderandi peculiari ſolicitudine res vniuerſales Societatis à Generali commiſſas curam habeãt; quam illis poſſet diuidere, quò accuratius res omnes perſpiciant: vt vnus rerum Indicarum inſpiciendarũ, alter Hiſpaniæ & Portugalliæ, & alius Germaniæ & Galliæ, & alius Italiæ & Siciliæ curam haberet: & ſic de alijs, quando Societas in plures partes ſpargeretur. Quiſque autem ex eis peculiari oratione, & ſuis in Sacrificijs recordatione, Deo partem illam ſibi ſpecialiter commiſſam commendare debet; & conſiderare, quid in ea magis, ad id conſequẽdum quod ſibi Societas proponit, iuuare poſſet. Conferendum etiã cum alijs eſſet, ſiquid ad rẽ facere magnopere videretur. Res autem inter ſe diſcuſſas Generali referre poſ-

10

a Sup.c.5. §.2.& p.8. c.1.G.

F poſſent.† Iidem etiam attende rēt ijs rebus, quæ vel à Præpoſito, vel etiam à Secretario Societatis proponerentur: vt magis inter ipſos diſcuſſæ Superiori referantur.' Et in vniuerſum in conſiderandis & tractandis rebus, tam ad doctrinam, quàm ad praxim pertinētibus, quæ altiorem conſiderationem poſtulant, iuuare Præpoſitum ac ſubleuare debent. Prȩter id autem, & quòd rebus multis melius prouideri per illos poterit, Prædicationi, Lectioni, Confeſſionibus audiendis, & alijs bonis ac pijs operibus ad Dei gloriā & animarū auxilium vacare poterunt.

11 Numero autem huiuſmodi Aſſiſtentes nunc quidem quatuor erunt; & quidem illi ipſi eſſe poterunt, de quibus [a] ſuperius dictum eſt. Quamuis autē res grauiores cum eis tractādȩ ſint, ſtatuendi tamen facultas, poſtquam eos audierit, penes Præpoſitum Generalem erit.

*F ¶ Etiam res ſcribendæ maioris momenti, & inſtructiones eorum, qui huc & illuc mittuntur, cum his antequā ſcriberētur, poſſent conferri: quodque eis videretur, poſſet Secretarius Superiori referre: & tantundem in ijs, quæ ad doctrinā pertinent. Hæc autem non ſolum ſubleuarent Generalem, ſed etiā rebus illis, quæ ab ipſo conſtituerentur, maiorem auctoritatem afferrent.*

*G ¶ Quam-*

[a] Sup. c. 5. §. 2.

12 In tertio auxilio, videlicet diligētiæ ad exequēdum vel complendum quod ad res Societati neceſſarias fuerit conſtitutum, cuiuſmodi eſſent ne-

negotia, quę ad Domos vel Collegia pertinent, expedire; tum etiam quæ illorum ſunt, defendere: & generatim ad res omnes agendas, [a] multum conferet, immo neceſſariũ eſt vnius Procuratoris generalis Societatis auxilium, qui quidem Romæ reſideat, ac prudentia, fidelitate, & dexteritate cum hominibus agendi, & omnibus alijs dotibus polleat; non tamẽ Profeſſus ſit, † nec in Domibus Societatis Profeſſæ habitet; G 'ſed in alia (de qua dictũ eſt in quarta Parte) † qui ſuis etiá H auxilijs, ac miniſtris ad ea negotia, quæ ſolus non poteſt cõficere, neceſſarijs ſubleuetur.'

Cum ergo Præpoſitus huiuſmodi habeat auxilia, tempus (quod quidem valetudo, & vires corporis permittent) partim cum Deo, partim cũ Officialibus, & miniſtris huiuſmodi agendo, partim ſecum ſeorſum conſiderando, ac cum auxilio & fauore Dei ac Domini Noſtri, quod agendum eſt ſtatuendo, impendet. I

14 † Præpo-

[a] Sup. c. 3. §. 16. & p. 4. c. 2. E.

*G ¶ Quamuis Procuratorũ habitatio in Domibus Profeſſæ Societatis ordinarie eſſe non debeat, ſed in alia ipſis aſſignata; nihilominus quãdo nõ tractãt lites, vel quando neceſſitas aliqua vrgeret, vel alioqui conueniret, & ad tempus, poſſent in Domibus habitare. Et hoc eorum iudicio relinquitur, qui in dictis Domibus Profeſſæ Societatis alijs præſunt; iuxta quod ordinatũ vel commiſſum eis fuerit á Generali, vel de ipſius intẽtione eis conſtiterit.*

*H ¶ Vel vt plures Procuratores*

14 † Præpoſiti [a] etiam Prouin-
I ciales, & Rectores Collegiorum, vel Prępoſiti particulares Domorum ſuis auxilijs pluribus & paucioribus, pro neceſſitate ac momento rerum ipſis commiſſarum, ſubleuari debent: ac præcipue ad conſiliū aliquos cum quibus res grauiores quæ occurrunt, communicent (quamuis eis auditis penes Superiores ſit ſtatuendi facultas) deſignatos habeant.

DECI-

*res conſtituerentur; prout res, quæ incidunt, & neceſſitas vrgens diuerſarū ac variarum regionū poſtularet.*

*I ¶ Ex ijs quæ dicta ſunt de Generali, intelligi poterit quod Prouincialibus, & Localibus, & Rectoribus Collegiorum conuenit, quod attinet ad Dei dona, quibus ornari debent, ad poteſtatem, officium, & auxilia, quæ habere eos oportet; prout expreſſe dici poterit [b] in Regulis, quæ ad Præpoſitos huiuſmodi particulares pertinent.*

a P.4.c.10. §.7. & c. 17. §.1. & p.10. §.8.

b Proc. Declar.

DECLA-

# DECIMA PARS

## DE MODO QVO CONSERVARI & augeri totum corpus Societatis in ſuo bono ſtatu poſſit.

QVIA Societas, quæ medijs huma- 1
nis inſtituta non eſt, per ea nec
conſeruari nec augeri poteſt; ſed
per gratiam omnipotentis Dei ac
Domini Noſtri IESV Chriſti:
in eo ſolo ſpē conſtitui oportet,[a] quòd conſerua-
turus ſit, & promoturus hoc opus, quod ad obſe-
quiū & laudē ſuā, & auxiliū animarū inchoare
dignatus eſt. Et iuxta ſpē hāc, primū mediū & ma
xime conſentaneū, orationū & Sacrificiorū erit;
quæ hac cū intētione ſācta offerri, & ſingulis heb
domadis, mēſibus, & annis in omnibus locis, vbi
Societas reſidet, certa ordinatione inſtitui debēt.

a Inf. §.12. & Proœ. conſt. §.1.

Ad conſeruationem & incrementum non ſo- 2
lum corporis, id eſt eorum quæ externa ſunt, ſed
etiam ſpiritus Societatis, atque ad aſſecutionem
[b] finis quem ſibi præfigit auxilij animarū, ad vl-
timū & ſupernaturalem ſuum finem conſequen
dum media illa quæ cum Deo inſtrumentum cō
iungunt, ac diſponunt, vt à diuina manu recte
gubernetur, efficaciora ſunt, quā quæ illud diſpo
nūt erga homines. [c] Huiuſmodi eſt probitas &
virtus, ac precipue charitas, & pura intētio diuini
ſeruitij, & [d] familiaritas cū Deo in ſpiritualibus
de-

b Exa. c.1. §.2. & p.1, c.2. §.8. & c.3. §.1. & p.3. c.1. §.9. & p.4. Proœ. & c.12. §.1. & p.6. c.3. §.4. & p.7. c.1. §.1.

c P.8. c.1. §.8.

d P.9. c.2. §.1, & c.6. A.

deuotionis exercitijs, & zelus ſyncerus anima-
rum ad gloriam eius qui eas creauit ac redemit,
quouis alio emolumento poſthabito. Videtur
[a] itaque in vniuerſum curandum eſſe, vt omnes a P.3.c.1.
qui ſe Societati addixerunt, in virtutum ſolidarũ §.10.
ac perfectarum, & ſpiritualium rerum ſtudium
incunbant; ac in huiuſmodi maius momentum,
quàm in doctrina, vel alijs donis naturalibus &
humanis conſtitutum eſſe ducant. illa enim inte
riora ſunt, ex quibus efficaciã ad exteriora per-
manare ad finem nobis propoſitum oportet.

3 Hoc iacto fundamento, media illa naturalia
quæ Dei ac Domini Noſtri inſtrumentum in
proximorum vtilitatem diſponunt, in vniuersũ
ad conſeruationem & incrementum totius hu-
ius corporis conferent; ſi tamen & addiſcantur,
& exerceãtur ſyncere ad ſolum Dei obſequium;
non vt illis fiducia noſtra innitatur, ſed potius vt
diuinæ gratiæ, iuxta ſummæ prouidentiæ ſuę or-
dinẽ, per hęc cooperemur; qui ad gloriã ſuam tã
dona naturalia, quæ ipſe vt Creator, quam ſuper-
naturalia, quæ vt gratiæ auctor donat, vult refer-
ri. Et ideo media humana, vel per induſtriã acqui
ſita, ac pręcipue doctrina exacta & ſolida, [b] & mo b P.3.c.1.
dus eam proponendi populo in Concionibus, & §.21. & p.
Lectionibus, [c] & forma agendi cum hominibus, 4.c.8 §3.
eoſdemq; tractandi diligenter curanda ſunt. & A. B. & C.

4 Iuuerit etiam magnopere, in ſuo bono ſtatu c P.4.c.8.
ac diſciplina Collegia conſeruare, & ad id eorũ §.8.
[d] ſuperintendentiam per illos exercere, quibus d Par.4.c.
10 §.1.

[a] vtilita-

[a] vtilitatis tẽporalis nihil ex eis poteſt accedere. Talis eſt Societas Profeſſa, [b] quæ in Collegijs eos inſtituendos curabit in perfectione vitæ, litteriſque Chriſtiano dignis, qui talentum ad id ſortiti eſſe videbuntur. hi enim pro ſeminario Societati Profeſſæ, & eius Coadiutoribus erunt. etſi cum Collegijs, Vniuerſitates etiam curæ Societatis commiſſæ fuerint; obſeruato illo modo procedendi, [c] de quo in quarta Parte dictum eſt, ad finem eundem iuuabunt.

Quia [d] Paupertas velut propugnaculum eſt 5
Religionibus, vt eas in ſtatu ſuo, et diſciplina cõſeruet, & à compluribus hoſtibus defendat (vnde etiã Dæmon enititur illud varijs rationibus euertere) refert plurimum ad conſeruationẽ & augmentũ totius huius corporis, procul admodũ omnem auaritię ſpeciem ablegaſſe; nullos redditus, vel poſſeſſiones, [e] vel ſtipendia pro verbi Dei Prædicatione, aut Lectione, aut Miſſis, aut adminiſtratione Sacramentorum, aut demum rebus quibuslibet ſpiritualibus (vt eſt in ſexta Parte dictum) admittendo, [f] nec ad ſuam vtilitatem redditus Collegiorum applicando.

[g] Erit etiam ſummi momenti, vt perpetuo fœ 6
lix Societatis ſtatus conſeruetur, diligentiſſime ambitionem, malorum omnium in quauis Repub. vel Congregatione matrem ſubmouere; ac aditum ad dignitatem, vel prælationem vllam directe vel indirecte quærendam in Societate, pręcludere. Quod vt fiat, omnes Profeſſi ſe nihil

vnquam

[a] Inf. §.5. & Exa. c.1. §.4. & p.4. c.2. §.5. & c. 10. §.1. & p.6. c.2. §.3. & p.9. c.3. §. 18. & c.4. §.7.

[b] P.3. c.1. §.27. & p. 4. Proœ. & c.3. §.1. & c.7. §.1. & c. 11. §. 1.

[c] Par. 4. c. 11.

[d] P.3. c.1. §.25. & p. 6. c.2. §.1.

[e] Exa. c.1. §.3. & c.4. §. 27. & p. 4. c.7. §.3. & c. 15. §. 4. & c. 17. F. & p. 6. c. 2. §.7. & G. & p. 7. c.4. §.4. & B.

[f] Sup. §.4.

[g] P.4. c.6. §. 17. & c. 15. §. 4. & p.9. c.1. A.

vnquam ad eam obtinẽdam acturos;& quos agere animaduerterint,delaturos, Deo ac Domino Noſtro voueant: [a] & incapaces ac inhabiles ad prælationem quamuis habeantur ij, de quibus probari poſſet quòd eam ambijſſent. Promittãt [b] etiam Deo ac Domino Noſtro ad nullam etiã extra Societatem prælationem, vel dignitatem obtinendam ſe quidquam acturos; nec ad ſui electionem ad huiuſmodi munus, quoad eius fieri poterit,conſenſum præſtituros; ſi eius Obedientia, qui ſub pœna peccati poteſt præcipere, eos non compulerit: ſed vnuſquiſque videat qua ratione animarum ſaluti, iuxta noſtræ Profeſſionis humilitatem & ſubmiſſionẽ,inſeruire poſſit: & ne Societas his hominibus,qui ad propoſitum ſibi finem ſunt ei neceſſarij,priuetur.

[a] P.8.c.6. §.2.& A.

[b] P.9.c.3. §.13.& c. 4.§ 5.& B. & c.5.§.6. & E.

Promittat etiam Deo, quòd ſi quando dicto modo compulſus,prælationem aliquam extra Societatem admittet, † audiet poſtea quouis tẽpore, Præpoſiti Generalis,qui pro tempore fuerit, conſilium; vel alicuius,quem ille ſibi ad hoc ſubſtitueret; quodque,ſi ſenſerit melius eſſe quod conſulitur,ſit illud executurus:' non quòd habeat qui Prælatus eſt, ali-

A

*DECLARATIONES In decimã Partem.*

A ¶ *Conſiderando, quàm inſtanter, quamque multis rationibus curatum ſit,vt aliqui de noſtra Societate varios Epiſcopatus ſumerẽt;cũque in multis obuiã itũ ſit, nec*

*nec tamen in Patriarchatu et Epiſcopatib⁹ Aethiopiæ admittendis reſiſti potuerit; de hoc auxilio ad opus illud Aethiopiæ et alia ſimilia, cũ reſiſtendi modus deeſſet, cogitatũ eſt. Nõ tamẽ obligatur Societas ad hoc munus ſuſcipiendũ; quandocunq; alicui ex ea, Epiſcopatus eſſet admittẽdus: immo libera manet, vt id oneris & relinquere, & aſſumere poßit vbi multũ referre ad Dei obſequiũ iudicaret. Poſt emiſſam autem Profeßionẽ, hoc Votũ ſimplex* [d] *cũ alijs de quibus diximus, emittetur.*

B ¶ In

aliquem de Societate Superioris loco; ſed quòd ſpõte in Dei conſpectu vult ad id faciẽdum obligari, quod ad diuinum obſequium melius eſſe intellexerit; quodq; placeat eſſe aliquẽ, qui ſibi cũ charitate ac libertate chriſtiana ad gloriã Dei et Domini Noſtri id proponat.

Vt perpetuo totius huius cor 7
poris bonus ſtatus conſeruetur, confert plurimum quod in prima, ſecunda, & quinta Parte dictum eſt, de [a] turba & hominibus ad noſtrum Inſtitutum ineptis, ne ad Probationem quidem admittendis: &, ſi aliqui Probationis tempore [b] non eſſe idonei inuenirẽtur, etiam dimittẽdis. [c] Siqui vero deprauatis moribus eſſent, aut de quorum emendatione parũ ſperaretur, multo minus eſſent retinendi. Minus etiam apertũ oſtiũ eſſe debebit ad admittendos aliquos in Scholaſticos approbatos, & Coadiutores formatos: minime vero omnium in Profeſſos: [e] non enim alij, quàm ſpiritus & doctrinæ ſelectæ

a P.1.c.1. §.3.& p.4. Procœ. A. & p.8.c.1. §.2.& B.

b P.2.c.1. §.1.

c P.2. c.2. §.2.

d Sup.§.6. & p.6.c.2. §.1.

e P.5.c.2. §.1.& 2.

ctæ viri, & multum diuque exercitati, & in varijs
Probationibus virtutis & abnegationis ſui ipſo-
rum, cum omnium ædificatione & ſatisfactione
perſpecti, ad Profeſſionem admitti debent. Sic
enim, licet multitudo augeſcat, non imminuetur
nec debilior reddetur ſpiritus, dum tales ſint qui
in Societatis corpus cooptantur.

8 [a] Cum bona & mala capitis habitudo in vni- a P.9.c.2.
uerſum corpus redundet, ſummopere conferet
ſi electio Præpoſiti Generalis ea ſit, quæ in nona
Parte deſcripta eſt. [b] Et poſt hanc electionem, il b P.9.c.6.
la maximi erit momēti, qua inferiores Præpoſi- §.6.
ti in prouincijs, & Collegijs, ac Domibus Socie-
tatis eliguntur. nam fere quales hi fuerint, tales
& eorum ſubditi erunt. Refert [c] etiam magno- c P.2.c.1.
pere pręter electionem, ſi Præpoſiti particulares §.2.& B.&
in ſibi ſubditos, & Generalis in particulares, ac p.4.c.10.§.
contra Societas in Generalem (vt in nona Parte 4.& p.9.c.
declaratum eſt) multum poteſtatis habeant: ita 3.4.5.&6.
vt omnes ad bonum omnia poſſint: &, ſi male
agerent, omnino ſubiecti ſint. Refert [d] etiam vt d P.9.c.6.
Superiores, miniſtros idoneos (vt in eadem parte §.2.& 14.
dictum eſt) ad ordinationem & executionem re-
rum quæ ſpectant ad eorum officium, habeant.

9 [e] Quod iuuat ad vnionem mēbrorum huius e P.8.c.1.
Societatis inter ſe, & cū ſuo capite, multū etiam §.8.
ad conſeruationem boni ſtatus illius iuuabit: cu-
iuſmodi eſt in primis voluntatum uinculum,
quod Charitas eſt, & mutuus amor, [f] quem cre- f P.8.c.1.
bra communicatio, & rerum mutua notitia, §.9.

a Proœ. Declar. & p.3. c.1.§. 18.& p 8. c.1.§.8.

b P. 4. c. 10.§. 5. & 8. & p. 8. c.1. §.4.

c P.2.c.1. §. 2. & p. 8.c.1.§ 4. & E. & p. 9.c.6. §.2.

d P.3. c.2. §.4.& 5.& p. 4. c. 4. §.1.

e P.3. c.1. §.9. & p. 4.c.16. D. & p.6.c.3. §.8. & p. 7. c. 2. H.

[a] eadem doctrina, & in omnibus, quantũ fieri poteſt, vniformitas nutriet. Sed in primis id præſtabit Obedientiæ vinculum quod [b] particulares cum ſuis Præpoſitis, & hos ipſos inter ſe, & cum Prouincialibus, & vtroſq; cũ Generali vniet: ita vt inter omnes diligẽter [c] ſubordinatio ſeruetur.

[d] Moderatio laborum animi & corporis, & in Conſtitutionibus, quæ ad neutrum extremum rigoris vel diſſolutionis vergãt (vt ſic melius obſeruari poſſint) mediocritas conferet ad durationẽ, & totius corporis in ſuo ſtatu conſeruationẽ. 10

[e] Ad eundem finem faciet, generatim curare vt amor & charitas omnium etiam externorum erga Societatem conſeruetur: † ſed eorum præſertim, quorum volũtas bene aut male in nos affecta, multum habet momenti, vt aditus ad diuinum obſequium & animarum auxilium aperiatur, vel præcludatur.' In ipſa vero Societate nec ſit nec ſentiatur animorum propenſio ad partem alterutram factionis, quæ eſſet fortaſſis inter Principes vel Dominos Chriſtianos: ſed ſit potius quidam vniuerſalis amor, qui partes omnes (licet ſibi inuicem contrariæ ſint) in Domino 11

B

*B ¶ In primis conſeruetur beneuolẽtia Sedis Apoſtolicæ, cui peculiariter inſeruire debet Societas: deinde Principum ſeculariũ, & magnatum, ac primariæ auctoritatis hominum; quorũ fauor, aut alienatio animi multum facit, vt oſtium diuino ſeruitio, et bono animarũ aperiatur, vel præcludatur.*

a Sic

mino Noſtro amplectatur.

12 Iuuerit etiam moderatus & prudens vſus gratiarum per Sedem Apoſtolicam conceſſarũ: ſolius auxilij animarum fine ſynceriſſime nobis propoſito.

I Sic enim diuina bonitas [b] opus hoc quod cœpit, promouebit; ac bonus odor, [c] qui veritati bonorum operum innitatur, hominũ deuotionem augebit: vt & à Societate ipſi iuuari, & eandem ad propoſitum ſibi finem obſequij & gloriæ diuinæ Maieſtatis iuuare curent.

13 C † [d] Conferet etiam, rationẽ habere valetudinis; vt ea in particularibus conſeruetur; quẽadmodum tertia in Parte dictũ eſt: [e] & vt demũ omnes obſeruationi Conſtitutionum ſtudeant: ad quam, eaſdem ſcire, ſaltem quæ ad quemlibet pertinent, neceſſe eſt. Quare legere vel audire eaſdem ſingulis menſibus oportebit.

*[a] Sic itidem, cum aliqui male affecti eſſe intelligerentur, præcipue ſi homines ſint nõ vulgaris auctoritatis, orandũ eſt pro eis, vtendũq; rationibus cõuenientibus, vt in amicitiã redeãt, vel certe aduerſarij non ſint: idque non timore contra dictionũ, vel quòd aſperius quidquam nobis inde poſſet accidere; ſed vt per huiuſmodi hominum beneuolẽtiam, magis in rebus omnibus Dei obſequiũ & gloria creſcat.*

C ¶ *Ad hoc etiã curandum eſt, vt Domus, & Collegia in locis vbi ſit purum & ſalubre cælum, habeantur; & non in eis, qui contrariam habent proprietatem.*

[a] P.4.c.10. C.

[b] Sup.§.1. & Proœ. Conſt.§.1.

[c] P.7.c.4. §.2.

[d] P.3.c.2. §.1.

[e] P.4.c.10.§.5.& p.6.c.1.§.1.& c.5.& p.9.c.3.§.8.& c.6. A.

FINIS.

## *FORMVLA VOTORVM SIMPLIcium, quæ Profeſſi emittunt poſt Profeſſionem, iuxta Conſtitutiones; extracta ex a prima Congregatione generali, & recognita à b tertia.*

a Tit 6.D. 23.
b Decr. 70.

1 EGO .N. Profeſſus Societatis IESV, promitto Deo omnipotenti coram eius Virgine Matre, & tota curia cœleſti, & coram R. Patre Præpoſito Generali, vel corã. N. locum Generalis Præpoſiti tenente, c nunquam me acturum quacunque ratione, vel conſenſurum, vt, quæ ordinata ſunt circa Paupertatem in Conſtitutionibus Societatis, immutentur: niſi quando ex cauſa iuſta rerum exigentium videretur Paupertas reſtringenda magis.

c P. 6. c. 2. §. 1. & A.

2 d Præterea promitto nunquam me acturum vel prætenſurum, ne indirecte quidem, vt in aliquã prælationem vel dignitatem in Societate eligar, vel promouear.

d Par 10. §. 6.

3 e Promitto præterea, nunquam me curaturum, prætenſurumve extra Societatem prælationem aliquam, vel dignitatem, nec conſenſurũ in mei electionem, quantum in me fuerit, niſi coactus Obedientia eius, qui mihi præcipere poteſt ſub pœna peccati.

e Ibidem

4 f Tum, ſi quem ſciam aliquid prædictorum duorum curare, vel prætendere, promitto illum, remque totam me manifeſtaturum Societati, vel Præpoſito eius.

f Ibidem

a Inſu-

5 [a] Inſuper promitto, ſi quando acciderit, vt hac ratione in Præſidem alicuius Eccleſiæ promouear: pro cura, quam de animæ meæ ſalute, ac recta muneris mihi impoſiti adminiſtratione gerere debeo, me eo loco, ac numero habiturum Præpoſitum Societatis Generalem, vt nunquam conſilium audire detrectem, quod vel ipſe per ſe, vel quiuis alius de Societate, quē ad id ipſe ſibi ſubſtituerit, dare mihi dignabitur. Conſilijs vero huiuſmodi ita me pariturū ſemper eſſe, promitto, ſi ea meliora eſſe, quàm quæ mihi in mentem venerint, iudicabo. Omnia intelligendo iuxta Societatis IESV Conſtitutiones & Declarationes. In tali loco, tali die, menſe, & anno, &c. [a] Ibidem & A.

LAVS DEO.

Inſuper promitto [illegible]
ratione in [illegible]
ucat: pro[illegible]
[illegible]
re debeo [illegible]
paſtum [illegible] nuncupatum con-
[illegible], quod [illegible]
[illegible]
[illegible]. Conſilij [illegible]
[illegible] ſemper eſſe, pro [illegible]
[illegible]
[illegible] Sa-
[illegible] Conſtitutiones [illegible]
[illegible]

L A V S  D E O.

# INDEX IN EXAMEN, & Conſtitutiones.


### *Abnegatio.*

IMPENSIVS ſtudium noſtrum debet eſſe in noſtri abnegatione. Ex.c. 4. § vlt. & Par. 3. cap. 1. §.27.

Requiritur in noſtris abnegatio ſui in ijs, à quibus ſenſus abhorret. Ex. c. 4. §. 28. Voluntatis, & iudicij. P.3.c.1.§.23.P.6.c. 1. §. 1. Vniuerſi amoris ſenſualis. P. 5. cap. 2. §.1. Item in ijs, quæ ad corpus pertinent. P. 3. c. 2. §. 3.

Supponitur vt fundamentũ in ijs, qui educuntur è Nouitiatu ad ſtudia. P. 4. proe. Et in admittendis ad profeſsionem. P. 5.c.2.§.1. & P. 10.§. 7. Et ad vota Coadiutorũ temporalium.Ex.c.6.§.6.

### *Abſolutio.*

Formulas abſolutionum minus vſitatas habere debet Confeſſarius. P. 4. cap. 8. D.

Abſolutio à cenſuris in loco electionis. P. 8. c. 6. §. 6. & E.

### *Actus.*

Scholaſtici debent habere ſuos actus. P.4.c.6.§.17.

Ante eos debent examinari à Cancellario. P. 4. c. 17.§.2. quot anni ſtudiorum ad eos requirantur. P. 4. c. 15. B. & quantum tempus in ijs celebrandis ponendum. c. 15. §. 2. & 3.

### *Admittere in Societatem.*

Admittendi facultas eſt in Generali, etiam per aliũ. P.1.c.1.§.1. & P. 9. c. 3.§. 1. Iſque eam communicat vt vult. Ibid.

In admittendo neceſſarius eſt delectus. P. 1. c. 1. §. 3. & P. 10. §. 7. & deſiderium moderatum. P. 1. c. 1. §. 4. Ita tamẽ ne deſimus vocationi diuinæ. Ibid. C. Cauendum à particulari affectu P. 1. cap. 1. §. 4. & cap. 3. §. 16. Menſuram autem in omnibus tenendam docet vnctio. p. 1. cap. 2. §. 13.
Qui habet officium admittendi debet habere apud ſe Examinatorem. Par. 1. cap. 1. §. 3. Vterque autem qualis eſſe debeat. Ibid. §. 4.
In admittendis examinanda eſt vocatio, & dotes. P. 1. c. 1. §. 3. Dotes autem, quæ ſint. P. 1. c. 2. §. 6. & ſequentibus.
Cur admittantur iuuenes, & quales eſſe debeãt. P. 4. Proe. A.
Inutiles, & difficiles non debent admitti etiam ſi ipſis ſit vtile. P. 1. cap. 2. §. 4. nec quorum parentes ſunt in neceſsitate extrema, & præſenti. Ex. cap. 3. B.
Nemo debet admitti, qui non ſtatuerit viuere, & mori in Societate. P. 1. cap. 4. §. 3. niſi forte ad triduum, vt hoſpes. Ibid. B.
Admittendi valde cognoſci debent. P. 1. c. 4. §. 1. Alioquin differendi. §. 3. niſi peculiares cauſæ vrgerent. Ibid. C.
Qui motus eſſet à noſtris ad Societatem quãdo debeat differri. Ex. cap. 3. §. 14.
Quæ ſint impedimenta nequis admitti poſsit in Societatem, vide Impedimenta.

*Admittere in corpus Societatis.*

Quære in titulis, Coadiutores, Profeſsi, Scholaſtici.

*Admonitor.*

Generalis debet habere Admonitorem. P. 9. c. 4. §. 4. Eius autem dotes, officiũ, electio. Ibid.
Præpoſiti inferiores debẽt habere ſuos Admonitores. Ibid.

*Aedificatio.*

Semper ante oculos habenda. P. 6. c. 2. §. 16. Procuranda verbis bonis, ſed magis operibus. P. 7. c. 4. §. 2. Procuranda

curanda etiam ab ægrotis. Ex.c.4.§.32. & P. 3. c. 1.§. 17. Item à morientibus P.6.c.4.§.1.
Species exterior ædificationi eſſe ſolet. P. 1. cap. 2. §. 3.

*Aedificia.*

Aedificanda ſunt Collegia, & Domus in aere ſalubri. P. 10. C.
Aedificiorum cura pertinet ad Rectores. P.4.c.2.§.5. & P.9.c.3.§.3.

*Aetas.*

Aetas nimis tenera, vel prouecta eſt impedimentum ad Societatem, ſed ſecundarium. P.1.c.3.§.15. Tenera eſt infra quatuordecim annos. P.1.c.2.§.12.& cap. 3. K.
Aetas in Generali non debet eſſe, nec valde ſenilis, nec valde iuuenilis. P. 9. cap. 2. B.

*Affectus.*

Affectus propinquorũ exuẽdus. Ex. cap. 4. §. 2. & 7. Et periculum affert errandi in iudicio. Ibid. §. 3.
Affectus praui incorrigibiles excludunt à Societate. P. 1. c. 3. §. 9. & P. 2. cap.2.§.2.
Affectus humani incaleſcunt refrigeſcente ſpiritu. Par. 6. cap. 3. §. 1.
Affectus in Generali debẽt eſſe mortificati. Par. 9. c. 2. §. 3.

*Alienatio.*

Alienatio bonorum mobilium permittitur Generali. P.9.c.3.§.5.
Alienare Collegia Vide Collegia.

*Ambitio.*

Eſt malorum omnium mater. P. 10. §. 6. Peſtis. P. 9. cap. 1. A.
Profeſsi vouent ſe non ambituros dignitatem, vel Prælaturam in Societate, nec extra eam, & delaturos quẽ ſciuerint ambire. P.10.§.6.
Qui ambit Generalatum deferendus eſt ad quatuor antiquiſsimos. P. 8. cap. 6. A. Et notatus ſeu conuictus a quibus iudicandus & qua pœna afficiendus. Ibid. Ambit autem qui directe, vel indirecte id procurat, aut ſigno declarat. P. 8. cap.6.§.2. Et

Electores eum tenentur manifeſtare. Ibid.
Locorum ambitio in ſcholis remouenda. P. 4. c. 6. §. 17. & c. 15. §. 4.

*Amici.*

Amici conſeruandi, & aduerſarij conciliandi. P. 4. cap. 10. C. & p. 10. B. Pro ijs orandum. P. 7. cap. 4. §. 3.
Examinator caueat ab affectu amicitiæ. P. 1. cap. 1. §. 4.

*Amor.*

Amor diuinus magis iuuat quàm Conſtitutiones externæ. Proem. Conſt.
Amor creaturarum quatenus exuendus. P. 3. cap. 1. §. 26.
Amor mutuus inter noſtros quantum curandus P. 8. cap. 1. §. 1. & 8. & P. 10. §. 9.
Amor ſui ipſius hoſtis vnionis. P. 8. c. 1. §. 8. eſt exuendus. P. 3. c. 1. §. 9.
Amor debet eſſe vniuerſalis in Societate erga omnes nationes. P. 10. §. 11.

*Apoſtatæ.*

Apoſtatæ ſi parum idonei ſint, non ſunt reducendi. P. 2. c. 4. §. 4. Nec ſi habitũ alterius religionis ſumpſerint. Ibid. B. alioquin poteſt Societas eos vrgere ſuis priuilegijs. Ibid. §. 5.
Apoſtatæ redeuntes quomodo recipiendi. P. 2. c. 4. §. 1. Et quam debent dare ſatiſfactioné. §. 6. Et quas probationes iterum ſubire. §. vltimo.

*Aßiſtentes.*

Aſsiſtentes cur neceſſarij ſint Generali. Par. 9. cap. 6. §. 10.
Debent eſſe quatuor. P. 9. c. 5. §. 2. & 3. & cap. 6. §. 10. & 11.
Eligendi ſunt à Congregatione generali. P. 9. c. 5. §. 3. Quomodo autem, & quando à Præpoſito Generali ſubrogandi. Ibid. & A.
Debent ſi commodè poterit eſſe Profeſsi. P. 9. c. 5. A.
Debent habere zelum communis boni. P. 9. c. 5. §. 2. Et eſſe literis, & alijs dotibus clari. P. 9. c. 6. §. 10.
Per illos exercet Societas ſuam prouidentiam erga Generalem. P. 9. c. 4. A.
Debent iuuare Generalem in omnibus ad doctrinam, & praxim pertinentibus. P. 9. c. 6. §. 10

Debent ſinguli habere peculiarem curam ſuarum Nationum. P.9.c.6.§.10.& tamen ſimul conſiderare res vniuerſales Societatis. Ibid.
Præter hoc officium ſuum poſſunt vacare confeſsionibus, & alijs rebus. Ibid.
Conſulendi ſunt à Generali in rebus grauibus. P.9.c.6.§.11. quamquàm ijs auditis poteſt ſtatuere quod ei videtur. Ibid. & P.7.c.2.§.1. & P.9.c.3.K. & cap. 6.§.11.
Poteſt Generalis præter illos vocare etiam alios ad conſultationem. P.4.c.11.§.2.
Literæ Generalis poſſunt eis non oſtendi. P.9.c.6.E. quæ autem cum illis conferendæ. F.
Iurant denunciare Generalem Societati ſi incideret in aliquid propter quod deponi debeat. P.9.c.5.§.4.
Poſſunt conuocare in certis caſibus Congregationem generalem. P.9.c.5.§.4. & cum Prouincialibus decernere an ſit cogenda. P.8.c.2.C.
Debent manere apud Generalem. P.9.c.5.§.2. nec ab eo abſque graui cauſa amouendi ſunt. Ibid. A.

*Auaritia.*

Omnis eius ſpecies euitanda. P.6.c.2.§.8.& P.10.§.5. Idq; plurimum confert ad conſeruationem, & augmentum Societatis. Ibid.

*Benedictio.*

BEnedictio menſæ, & gratiarum actio. P.3.c.1.§.5.

*Benefactores.*

Quantum ijs debeamus. P.4.c.1.§.1.
Iis ante alios debentur ſubſidia ſpiritualia. P.7.c.2.D.
Miſſæ, & orationes pro eis dicendæ. P.4.c.1.§.1. & 2. & aliæ ſingulis hebdomadis pro numero Sacerdotum. P.7.c.4.§.4.
Benefactores ſunt participes bonorum operum noſtrorum. P.4.c.1.§.5.

*Beneficia eccleſiaſtica.*

Reſignanda ſunt cum fit Profeſsio, vel vota Coadiutorum, & quando ante. Ex.c.4.§.5. Quibus vero, & quomodo. Ibid. & P.3.c.1.G.

*Beneuolentia.*

Beneuolentia omnium conſeruanda.P.6.c.3.§.vlt. Sed præſertim Pontificis, & Principum. P. 10. §. 11. & B. Etiam cum ijs, qui è Societate dimittuntur. P. 2. c. 3. §. 6. particulariter etiam in Miſsionibus. P.7. c.2.G. denique procuranda etiam ab aduerſarijs. P.4.c.10.C.

*Bibliotheca.*

Debet eſſe vna communis præter priuatos libros. P. 4. c. 6. §. 7. eius clauis cui danda.Ibid. & eius Præfecto conſtare debet ratio librorum.Ibid.G.

*Bidelli.*

Duo vel tres eſſe debent in Vniuerſitatibus ſecundum facultates. P. 4. c. 17. §. 4. non tamen ex Societate. Ibid.G.& accipient commodum ſtipendium. Ibid. & eorum aliquis Corrector eſſe poteſt. Ibid.

*Bona particularium.*

Bonorum diſtributio debet fieri ante ingreſſum in Societatem.Ex. c. 4. §.1. Vel ſaltem poſt annum omnes ad eam faciendam parati eſſe debent cum Superior iuſſerit. Ibid. §. 2. & P.3.c.1.§.7. & 25. Poſſunt tamen ad tempus retineri bona poſt votum ſimplex Paupertatis. P. 4. c.4.E. quæ autem, & quomodo.P.6.c.2.H.

Diſtributio debet fieri in veros pauperes, & non ratione propinquitatis. Ex. c.4.§.2.Vt decet virum ſpiritualis vitæ ſectatorem. P.3.c.1.G.

Si ſit aliquod dubium de propinquis,quinã debeant iudicare.P.3.c.1.G. eorum autem aliqui poſſunt eſſe externi.Ex.c.4.A.

Si quis velit donare Societati debet ea libere reſignare in manibus Generalis.P.3.c.1.§.9.Si auté particulari loco, Generalis iudicabit an tolerandum ſit.Ibid.H.

Quæ ſecum afferunt Nouitij ſcribenda ſunt in libro. Ex. c.4.§.4. & P.1.c.4.§.6. vt reſtitui poſsint ſi dimittantur.Ex.c. 4. §. 4.& P.2. cap. 3. B.

*Bona Societatis.*

Bona arbitrio Societatis relicta poteſt Generalis applicare cui vult loco.P. 9. c. 3.

c.3.§.6. Intra eandem tamen prouinciam.P.3.cap. 1.§.9.

Bona tẽporalia Collegiorum curantur, & adminiſtrantur à Societate per Rectores.P.4.c.2.§.5.

Ea ab vnoquoque conſeruanda.P.3.c.2.§.7.

Reliqua vide in titulis Collegia, & Profeſſa Domus.

*Bullæ.*

Debent ab ingredientibus legi. Ex.c.1.§.13. & c.4.§. 41.& P.1.c.4.§.5.& poſtea ſexto quoque menſe, tempore probationis. Ex. cap. 4.§.41.

Earum compendium à Generali habendum. P.9.cap. 6.§.3.

*Campana.*

Campana debet dari ſignũ ad opera domeſtica.P. 4. c. 10. I. Cui ſigno omnes ſtatim obedire debent. Ibid. §. 9.

*Cancellarius.*

Poteſt eſſe idem qui Vniuerſitatis Rector. P.4.c.17.C.

Debet eſſe doctus, bono iudicio, & zelo et cet. P. 4. c.17.§.2.

Eius officium eſt examinare nouos. P.4.c.13.§.4. Et graduandos.c.17.§.2. Præeſſe actibus publicis, denique eſſe inſtrumentum vniuerſale Rectoris. Ibid.

Eundem vocabit Rector ad conſilium de rebus ſtudiorum.P.4.c.17.§.6.

Non poteſt mutari à Rectore.c.17.A.

*Candela.*

Datur fundatoribus, vel cognatis eorum proximis.P, 4.c.1.§.3. Si nullus ſit cognatus, ponenda in altari Ibid. B.Nullũ tamen ex ea ius eis prouenit. Ibid.C.

*Canones.*

Lectiones Canonum litigioſorum nõ debent à noſtris aſſumi.P. 4. c. 12. §.1. Aliorum, qui ad ſcopum noſtrum pertinent, poſſunt.P.4.c.14.C.

Scientia Canonum aliquando poteſt cõpenſare Theologiam in profeſsione. P. 5.c.2.B.

*Cantus.*

Chorus, & cantus remouetur. P. 6. cap. 3. §. 4. Veſperæ autem quando, & quomodo dici poſsint. Ibid. B.

*Carcer.*

Scholaſtici externi inſolentes includendi carcere. P. 4.c.11.B.

Carceratorũ ſubuentio eſt ex Inſtituto noſtro. P. 7. cap.4.§.9.

*Caritas.*

In omnibus procedendum in ſpiritu Caritatis.P.6.c. 1.§.2. In admittendo.P. 1. c.3.§.16. In dimittendo.P. 2.c.2.§.3.

Sæpe de Caritate tractãdũ in concionibus domeſticis.P.3.c.1.§.21.

Caritas Dei,& vera virtus iuuat ad vnionem.P. 8. c. 1. §. 8.

Caritas nutritur crebra cõmunicatione, & mutua notitia rerum, quæ fiunt à noſtris.P.10.§.9.

Caritas cum omnibus conſeruanda.P.4.c.16.D.& P. 6.c.2.§.12.& P.10.§.11.

Caritas vniuerſalis præferenda particulari. P. 1. c. 3. §. 16.

Interna lex Caritatis plus iuuat quam vllæ Conſtitutiones. Proe. Conſt.

*Caſtitas.*

Caſtitas noſtra angelicam puritatem imitari debet. P.6.c.1.§.1.

*Caſus conſcientiæ.*

Caſibus conſcientiæ, qui operam dare debeant. P. 4.c.5.D.

Eorum ſtudium neceſſariũ eſt confeſſario, & præſertim in quibus materijs. P. 4.c.8.D.Eſt vtile compendium eorum. Ibid.

In Collegijs debet, ſi opus ſit, communiter de ijs eſſe vna lectio.P.4.c.7.B.

*Caſuum reſeruatio.*

Caſus quinã reſeruari debent. P.3.c.1.§.11.

*Catalogus.*

Generalis debet habere apud ſe catalogum Domorum, & Collegiorum & alterum perſonarum.P. 9. c.6.§.3.

Catalogus perſonarum ex ſingulis Domibus,& Collegijs mittendus ad Prouincialem, & ab ipſo ad Generalem. P.8.c.1.N.

*Cenſura.*

Cenſuræ prępoſitæ Electoribus in Congregatione generali ſi non deferant ambientem.P.8.c.6.§.2. Et ſi Ge-

ſi Generalem electum non accipiant. §. 8.
De abſolutione à cenſuris per Vicarium. P. 8. cap. 6. §. 6. & E.

*Cenſus.*

Cenſus impoſitio in bonis Societatis pertinet ad Generalem. P. 9. c. 3. §. 5.

*Chorus, vide Cantus.*

*Chriſtus.*

Chriſtus eſt Societatis noſtræ autor. Proe. Conſt. & P. 10. §. 1.
Eum ſequi omnes debemus Ex. c. 4. §. 44.
Eius gloriam quærere. P. 6. cap. 4. §. 1.
Ipſe eſt merces noſtra. P. 4. cap. 15. §. 4.
Eius loco homini obedimus. P. 4. cap. 4. §. 3. & P. 6. cap. 1. §. 1.

*Claſſes.*

Quæ, & quot claſſes in Collegijs eſſe debeant. P. 4. c. 13. B. Quando duplicandæ. Ibid.

*Coadiutores formati in communi.*

Coadiutorum duplex genus, Spiritualium, & Temporalium. Ex. cap. 1. §. 9. & cap. 6. §. 1.
Eorum vota non ſunt ſolemnia, ſed publica, & ſimplicia. Ex. c. 1. §. 9. & 12. & c. 4. §. 16. & 41. & c. 6. §. 8. & P. 2. c. 1. A & p. 5. c. 4. A. fiunt cum conditione tacita ſi Societas eos tenere volet. P. 5. c. 4. B.
Dicuntur proprie ex Societate. P. 5. c. 1. A.
Poſſunt aliquando ſtatim poſt biennium fieri. P. 5. c. 1. C. Poſſunt tamen differri. Ex. cap. 1. §. 12. & cap. 4. §. 43. Nemo autem faciendus ante biennium. Ex. c. 1. §. 12. & c. 4. §. 16. & P. 5. c. 1. §. 3. niſi ex diſpenſatione Generalis, idq; raro. P. 5. c. 1. C.
Quo ritu formentur. Ex. c. 4. §. 41. & P. 5. c. 4. §. 1. & A. & §. 3. & C.
Antequam formentur debent mendicare triduo. Ex. cap. 4. §. 27. & facere Exercitia ſpiritualia per hebdomadam &c. §. 41.
Eorum admiſsio pertinet ad Generalem. P. 9. c. 3. §. 1. & P. 5. c. 2. §. 4. Poteſt tamen delegare, cui valde confidat. Ibid.
Nõ debẽt fieri niſi ſelecti. P. 8. c. 1. §. 2. & B. et P. 10. §. 7

Debent.

Debent ſua ſorte contenti eſſe. Ex.c.1.§.9.
Debent viuere in Domibus profeſsis ex eleemoſynis, niſi ſint in Collegijs ob eorum vtilitatem. P. 6. c.2.§.4. Neque poſſunt frui redditibus Collegiorum. Ex.cap.1.§.4. & P.6.cap.2. §.4.& D.
Non ſunt capaces hæreditatum, neque Societas eorum nomine, ac ne Collegia quidem. P.6.c.2.§.12. Nec poſſunt habere beneficia eccleſiaſtica. Ex. cap. 4. §. 5.
Poſſunt dimitti P. 2.c. 1. A. ſed à ſolo Generali. Ex.c. 6. A. Neque id eſt iniquũ, etiam ſi ipſi ligẽtur. Ibid. Dimiſsi autem manent liberi à votis. Ex.c.6.§.8.& P.5.c.4.B.
Non poſſunt ingredi aliam religionem, niſi de expreſſa licentia Superioris Societatis. Ex.c.4.§.42.
Eorum confeſsio annua, vide Confeſsio.

*Coadiutores Spirituales.*

Debent eſſe literis ſufficienter inſtructi. Ex. cap. 6. §. 1. & Par. 4. cap. 10. §. 4. & docti. Ex. cap. 1. §. 10.
Requiritur probitas, & virtus et cet. P.5.c.2.§.4.
Debent eſſe Sacerdotes. Ex. c.6.§.1.
Eorum officium eſt iuuare Profeſſos in miniſterijs proximorum. Ex.c.6.§.2.
Ex his ordinarie fiunt Rectores Collegiorum. P. 4. c.10.§.3. & Lectores. P. 6. c. 2. §. 4. & Procuratores. P.6.c.3.§.7.
Poſſunt aliquando eligi vt veniant ad Congregationem generalem. P.8.c.3.A. & c.6.B. non habent ſuffragium in electione Generalis. Ibid. Nec vt poſsint præeſſe Profeſsis quatuor votorum. P.8.c.3.A.
Poſſunt eis communicari eædem gratiæ ad animarũ auxilium, quæ Profeſsis. Ex.c.6.§.2.
Non debent tentare vt mutent ſtatum. Ex.c.6.§.5. & P. 5.c.4.§.5.

*Coadiutores temporales.*

Eorum ordo, & officium, Ex.c.1.§.9.
Debent in miniſterijs humilibus ſeruire cum omni humilitate, & caritate. Ex.c.6.§.3.
Debent addiſcere eas artes, quæ

quæ honeſtius fiunt domi quàm foris. P.3.c.2.§.7.
Officia eorum grauiora debĕt dari robuſtioribus. P.3.c.2.F.
Non debent recipi plures quàm neceſſarij ſint ad vſus domeſticos. P. 1. cap. 2. A. Neque tamen pauciores. P.3.c.2.§.vlt.& P.4. c.10.§.6.
Debent eſſe ædificatiui, & præſertim ſorte Marthæ contenti. Par.1.cap.2.§.2. ſani, & firmi ad labores. §.3.
Non debent exerceri concionando. Ex.c.4.§.25. Neque addiſcere literas. Ex. c.6.§.6. Et affecti ad ſtudia non deberent admitti. P. 1.c.2.B.
Nihil repugnat eſſe literatos. Ex.c.6.§.1.
Non debent eſſe in ſacris Ibi.
Poſſunt exerceri in maioribus rebus ſecundum talentum. Ex.c.6.§.3.
Debent etiam ipſi iuuare proximum colloquijs. Ex. c.6.§.4.
In magnis Domibus qui Coadiutores eſſe debeant. P.1.c.2.A.
Quod tempus, & quam rationem in orando ſeruare debeant. Par. 4. cap. 4. §. 4.
Sunt pàrticipes bonorum operum, & indulgentiarum Societatis. Ex. cap. 6. §. 3.
Non debent tentare vt mutent ſtatum. Ex.c.6.§.6.
Si non intelligunt latine, vel neſciant legere quomodo emittent vota. P. 5. cap. 4. C.

## *Collateralis.*

Collateralis Rectori quando dandus. P.8.c.1.D.
Non eſt ſubditus Rectori, ſed tamen debet præſtare ei omnem reuerentiam. Ibid. D. Eius officium. Ibid.
Quomodo ſuperior erga Collateralem ſe gerere debeat. Ibi. D.
Collateralis poteſt fieri vnus ex Conſultoribus. P.4.c.17.B. Idem etiam poteſt eſſe ſyndicus. Ibid.I.
Scribere debet quotannis bis ad Prouincialem, ſemel ad Generalem. P. 4. c.17.§.7.

## *Collegia.*

Collegia ſunt ad literas addiſcendas. P.3.c.1.§.27.

Inſtituta ſunt ad erudiendos iuuenes, P. 4. Proe. A. Et vt ſint ſeminarium Societatis, P. 10. §. 4.

Ea admittere ad Generalē ſpectat. P. 4. c. 2. §. 1. & P. 9. c. 3. §. 17. non tamen illa diſſoluere poteſt ſine Congregatione generali. P. 4. c. 2. §. 3. & c. 11. §. 2. & P. 8. cap. 2. §. 2. & P. 9. c. 3. §. 5. & 18. Poteſt etiam aliquando hæc diſſolutio fieri miſſis ſuffragijs per litteras P. 4. c. 2. A. Ijs autem diſſolutis quid faciendum de eorum bonis. Ibid.

Collegia habent redditus propter ſuſtētationē ſcholaſticorum. Ex. c. 1. §. 4. & P. 4. c. 2. §. 5. & P. 6. c. 2. A.

In Collegijs accipiendis quę poſsint admitti obligationes. P. 4. c. 2. B. & c. 11. §. 2. & A. & P. 9. c. 3. §. 17.

In Collegijs humaniores litteræ communiter docendæ cum caſibus conſcientiæ. P. 4. c. 7. B.

Collegiorum regimen eſt penes Societatem profeſſam. P. 4. c. 2. §. 5. & P. 10. §. 4. & ſuperintendentia eorum penes Generalem. P. 9. c. 3. §. 3. & c. 6. §. 12. Et Societatis eſt bona Collegiorum etiam in iudicio defendere. P. 4. c. 2. C.

Collegiorum officia quinā ſuſtinere debeant. P. 4. c. 6. §. 3. & C.

Collegia nullum donū poſſunt accipere pro docendo. P. 4. c. 15. in fi.

Quando petere poſsint eleemoſinam, quando nec petere, nec admittere. P. 4. c. 2. §. vlt.

In Collegijs quatenus iuuādi proximi in ſpiritualibus. vide Proximus.

Si non ſuppeteret copia noſtrorum, poſſunt ali externi iuuenes ad tempus. P. 4. c. 3. B. & c. 9. A.

*Commiſſarij.*

Eorum acta à Generali reſcindi poſsūt. P. 9. c. 3. §. vlt.

Tantam habent poteſtatem quantam Generalis communicauerit. P. 9. c. 3. §. 7.

*Communio.*

A noſtris ſaltē octauo quoque die ſumenda. Ex. c. 4. §. 25. & P. 3. c. 1. §. 11. & P. 4. c. 4. §. 3. Neque differenda ſine cauſa & licentia. P. 4. c. 4. B. & P. 6. c. 3. §. 2. Sæpius autem non niſi neceſſitatis cauſa potius quam deuotionis. P. 4. c. 4. B.

Poſſumus eā dare etiā externis. P. 7. c. 4. §. 5. & D.

*Compromiſſarij.*

Quando eligendi ſint pro creando Generali. P. 8. c. 6. §. 7.
Quando autem ad decidenda negotia.P.8.c.7.§.3.

*Concilia.*

Concilia quando legenda P.4.c.5.B.
Conciliorum aliqua pars in ſcholis prælegi poteſt P.4.c.14.C.

*Concio.*

Concionari vel legere eſt vniuerſalius bonum quam cõfeſsiones audire. P. 7.c. 2.E. Eſt munus ſpecioſum P.5.c.3.B.
Concionatores quam ſupellectilẽ præparare debeant P.4.c. 8. B. Et quibus medijs adiuuari.Ibid. C. Debent linguam vernaculam bene addiſcere. P. 4. cap. 8. §. 3.
In concionibus requiritur doctrina exacta, & modus eam proponendi. P. 10. §. 3. Is autem à ſcholaſtico diuerſus eſt.P.4.c.8.§.3.
Conciones in noſtris templis aſsidue eſſe debent, niſi aliud iudicet ſuperior P.4.c.7. B. & P. 7. c.4.§.6.
Poſſunt tamen noſtri concionari etiam in alienis Ibid.§.7.&in plateis.Ibid.
Concionator iuuatur ſi habeat bonum correctorem P.4.c.8.C.
In concionibus publicis nõ ſunt reprehendendi noſtri P.3.c.1.S.
Collegij fundatio cum obligatione dandi concionatorem, non eſt admittenda.P.4.c.7.§.3.
Pro concionibus nihil accipiendum, ne eleemoſyna quidem. P.6.c.2.§.7. & P. 10. §. 5.
Omnes exceptis Coadiutoribus debent ſe exercere concionibus domeſticis, Ex. c.4.§.25. &P.3.c.1.§. 21.& P.4.c.8.C.Aliquando etiam habenda concio in menſa.P.3.c.1.§.5.& aliqua hora poſt prandium P.3.c.1.§.21.

*Confeßio quantum ad noſtros.*

Confeſsio à noſtris debet fieri octauo quoque die. Ex.c.4.§.25.& P. 3.c.1.§. 11.& P. 4.c. 4.§.3. Alioquin ſubtrahendus cibus P.3.c.1.Q.
Confeſſarius vnus eſſe debet noſtrorum omnium.P. 3.c.1.

3. c. 1. §. 11. Niſi propter multitudinem, vel ſiquis ab alio melius iuuetur. Ibid. et I. Debet autem eſſe à Superiore aſsignatus. Ibid. & P. 6. c. 3. §. 2.
Ei tota conſcientia aperienda. P. 3. c. 1. §. 12. & Q. & pænitentiæ. P. 3. c. 2. §. 5. Et qui alij confeſſus eſſet, debet eidem conſcientiam aperire. P. 3. c. 1. Q.
Confeſſarij noſtrorum debent ſcire caſus à Superiore reſeruatos. P. 3. c. 1. §. 11.
Cum facultate Superioris poſſunt pænitentias approbare. Ex. c. 1. C. Et ſi dubitent ad Superiorem remittere. P. 3. c. 2. §. 5.
Docendi ſunt noſtri cũ fructu confiteri. P. 3. c. 1. §. 20.
Confeſsio generalis facienda in prima probatione. Ex. c. 4. §. 41. & P. 1. c. 4. §. 6. Niſi quis ante feciſſet alicui ex noſtris. Ex. c. 4. §. 41. Poteſt etiam differri. P. 1. c. 4. §. 6.
Confeſsio generalis semeſtris. Ex. c. 4. §. 41. Profeſſorum & Coadiutorum annua. P. 6. c. 1. §. 2.

*Confeſsio quantum ad externos.*

Confeſſarij munus magis particulare eſt quam concionatoris. P. 7. c. 2. E.
Iuuare proximos confeſsionibus eſt maxime inſtituti noſtri. P. 4. Proe. A. & P. 5. c. 3. B. & P. 7. c. 4. §. 5.
Quibuſnam rebus conueniat inſtructum eſſe confeſſarium. P. 4. c. 8. D.
Ad Generalẽ pertinet conſtituere confeſſarios. P. 9. c. 3. §. 9.
Confeſſarij deſignandi ſunt à Superiore. P. 7. c. 4. §. 5.
Coadiutorum ſpiritualium magis proprium eſt audire confeſsiones. Ex. cap. 6. §. 2.
Confeſſarius concionatori in miſsionibus iungendus. P. 7. c. 2. F.
Audire confeſsiones eſt vnum ex experimentis. Ex. c. 4. §. 15.
Pro confeſsionibus nihil accipiendum. Par. 6. cap. 2. §. 7.
Quæ eruditio poſsit ſufficere confeſſarijs externis. P. 4. c. 13. E.

*Congregatio generalis.*

Non expedit vt certis temporibus, nec crebro fiat. P. 8. c. 2. §. 1. & c. 4. §. 2. & P. 9. cap. 1. C.

In ea

In ea fit vnio perſonalis Societatis.P.8.c.1.§.1.& cap. 2.§. 1.

Locus ordinarie eſt curia Pontificis niſi alius eligatur.P.8.c.5.§.1.

Cauſæ congregationis cogẽdæ ſunt,ad tractãdas res magni momenti. C. 4.§.2. Vel ad deponendum Generalem. P.9. cap. 5. §. 4. Vt plurimum tamen erit ad electionem Generalis. P.8.c.2.§.1. & P.9.c.1.C.

Ad electionem Generalis in locum demortui cogitur à Vicario. P. 8. c.4.§. 1. ob negotia ab ipſo Generali.Ibid.§.2. & P.9.c.3. §.12.Ad iudicandum vero de Generali, ab Aſsiſtentibus. P.9.c.5.§. 4. Vel ab ipſis Prouincialibus inter ſe. Ibi.

Ad eam profeſsi tantũ quatuor votorum vocantur. P.8.c.3.§.1.Ex ipſis autem quinam excuſentur. Ibid. Aliquando etiam vocantur aliqui profeſsi trium, vel Coadiutores. Ibid. A. & c.6.B.& c.7.A.

Ad congregationem quot ex ſingulis prouincijs venire debeant. P.8.c.3.§.1.

Abſentes non poſſunt ſuffragium mittere,ſed tantũ ſententiã ſuam.P.8.c.3.C.

Tempus præſcribere ad Generalem pertinet, ſi ipſe vocat. P.8.c.5.§.2. Si Vicarius propter electionẽ, eſt quinque vel ſex menſium. Ibid.

Orandũ pro ijs qui veniunt ad congregationem. P. 8. c.5.§.3.& 4. Et pro bono congregationis ſucceſſu. cap.7.§.1.

Quo ordine ſedendum & ſententiæ dicendæ. P. 8. cap. 7. A.

Quando includendi congregati, & ceteri ritus in congregatione ſeruandi. P. 8. cap. 6. toto.

Poſt electionem Generalis tractanda negotia, ſed grauia tantum. P. 8. c. 4. §.2. Nempe perpetua & magni momenti.P.4.c.2.§.3. Debent autem tractari quam expeditiſsime. P. 8. c.7.§. 1.Quo autem modo. Ibid. §. 2.

Ad Generalem pertinet dirigere congregationem. P.9.c.3.§.12.

Eſt tamen cõgregatio ſupra Generalem.P.10.c.8.

Quomodo promulgari debeant eius decreta. P. 8. cap. 7. C.

Eius decreta valent etiam

Generali mortuo ſub quo facta ſunt.P.8.c.7.C. Poſſunt tamen reuocari ab alia Congregatione generali. Ibid.

*Congregatio prouincialis.*

Eſt cogenda ante generalẽ P.8.c.3.§.1. & c.5.§.3. & p.9.c.5.§.4.
Eam conuocare pertinet ad Prouincialem.P.8.c.5.§.3.
In ea conueniunt & ſuffragium habẽt Profeſsi quatuor votorum.P.8.c.3.§.1. Itemq; Rectores & Procuratores. Ibid.
In ea eliguntur qui ad Generalem congregationem venire debeant.P.8. c.3.§. 1. & c.5.§.3. Item qui ad Præpoſitum Generalẽ tertio quoque anno. P. 8. cap. 2. B.
Congregatio ad eligendũ Vicariũ mortuo Generali.P.8.c.4. A.

*Congregationes ſecularium.*

Quomodo in noſtris Domibus vel Collegijs tolerari poſsint.P.7.c.4.G.

*Conſanguinei.*

Diligendi ſunt affectu ſpirituali.Ex.c.4.§.7.
Communicatio cũ eis verbo vel ſcripto turbat quietem. Ex.c.4.§.6.
Non alloquẽdi à Nouitijs, niſi aliquo præſente. P.3. cap. 1. B.
In examinandis ad Societatem conſanguineis vitandus affectus inordinatus P.1.c.1.§.4.
Si in neceſsitate ſint, ſtandum iudicio Societatis quantum ad eos ſubleuandos. Ex.c.3.§.3.
Non debent ijs bona diſtribui. Ex. c. 4. §. 2. Niſi ipſi quoque ſint pauperes §. 3. Et hoc ex iudicio duorum vel trium. Ibid. & P.3.c.1. G. quorum aliqui poſſunt eſſe externi. Ex.c.4.A.

*Conſcientia.*

Quotidie examinanda.P. 3. c.1.§.11. & quidem bis.P. 4.c.4.§.3.
Profeſsi & Coadiutores ſingulis annis tenentur reddere rationem conſcientiæ, reliqui autem ſingulis ſex menſibus. Ex.c.4.§. 38. & 40. & P. 6. c. 1.§.2. Immo vtrique quoties ſuperior velit. Ex.c.4.§.40. & P.4.c.10.§.5.
Generalis debet cognoſcere conſcientias ſuorum, & maxime quibus maiora

munera

munera committit. P. 9.c. 3.§.19.
De patefacienda conſcientia vide Superiores.

*Conſtitutiones.*

Cur eas ſcribi neceſſarium fuerit. Proe. conſt.§.1.
Quis finis earũ, Proe.conſt. §.2.& P.9.c.3.§.8.
Debent eſſe plenæ, perſpicuæ,breues, Proe. declar. & ad neutrum extremum vel rigoris, vel diſſolutionis vergere.P.10.§.10.
Perfecte ſeruandæ. P.6.c.1. §.1.& c.5.Idq;iuuat ad cōſeruationem Societatis.P. 10.§. vlt. Id autem curent Rectores. P.4.c.10.§.5.& B.& Generalis. P.9.c.3.§. 8.& c.6.A.
Non obligāt ad peccatum. P.6.c.5.
Quomodo poſſunt oſtendi externis. Proe. declar.
Legēdæ ſunt in prima probatione, & tempore nouitiatus ſingulis ſex menſibus. Ex. c. 1.§.13.& c.4.§. 41.& P.1.c.4.§.5. Non tamen omnes, ſed compendium earum. Ibid. E. & Ex.c.1.G.
Diſpenſare in Conſtitutionibus ad Generalem pertinet. P. 9. c. 3. §. 8.etiam per alios.Ibid. D.Rectores autem poſſunt iuxta facultatem acceptam. P.4.cap. 10. B.

*Conſultores.*

Multum confert ad Generalis auctoritatem habere Conſultores. P. 8. c. 1. G. Superioribus omnibus dari debent. P.9.c.6.§.14.
Rectores Collegiorum debent habere duos vel,plures Conſultores. P.4.c.10. §. 7. Vniuerſitatis autem quatuor.P.4.c.17.§.1.Poſſunt tamen eſſe pauciores. Ibi. B.
Conſultores debēt eſſe præditi prudentia & probitate.P.4.c.10.§.7.
Cum ijs conferenda ſunt quæ ſunt maioris momenti.P.4.c.17.§.1. Et quæ difficiliora.c.10.§.7.
Iis auditis ſtatuendi facultas eſt penes Superiorem. P.4.c.17.§.6.& H. & P. 9. c.6. §. vlt. Non tamen debet Superior Vniuerſitatis contra omnium ſententiam facere niſi conſulto Prouinciali. P.4.c.17.H.
Semel in anno debent ſcribere Generali, bis Prouinciali. P.4.c.17.§.7.

*Contractus.*

Ad faciendos contractus nō ſunt noſtri collegialiter congregandi. P.9.c.3.§.7.
Omnis poteſtas celebrandi contractus eſt penes Generalem. P.9.c.3.§.5. Poteſt tamen alijs illam communicare. Ibi.§.7.

*Conuictores.*

Conuictores externi quando, & quomodo poſſint teneri. P.4.c.3.B. etiam cum noſtris. Ibi. in fine.

*Corpus.*

Corporis ſanitas in noſtris requiritur. P.1.c.2.§.11.& P.2.c.2.B.& P.4.cap.3.§.2. Eius cura quatenus habenda. P.3.c.2.§.1. & P.4.c.4. §.1. & P.10.§.13. Etiam in impoſitione officiorum. P.3.c.2.F.& P.7.c.2.F.
Neceſſaria corpori danda ita tamen vt in aliquo probetur virtus, . P. 3. cap.2. §. 3.
Tenenda eſt indifferentia in ijs quæ pertinent ad curā corporis. P.3.c.2.§.1. Neque licet petere mutationem aeris aut loci. Ibid. G.
Corporis labores moderandi. P.3.c.2.§.4. & 5. & P.6. 6.c.3.§.1. & P.10.§.10. Vt etiam in Generali. P. 9. c. 4. §. 3.
Pænitentiæ corporales, Vide Pænitentiæ.
Corporis deformitas eſt impedimentum ad Societatem niſi compenſetur. P.1. c.3.I.& ſpecies honeſta in noſtris requiritur. P.1.c.2. §.10. Præſertim qui verſantur cum proximis. P. 7. c. 2.F.

*Correctio, Vide Reprehēſio.*

*Corrector.*

Corrector externorū ſcholaſticorum debet aliquis eſſe, ſed externus. P.4.c.7. §.2.& D.& c.16.§.5. Alioquin quomodo exercenda caſtigatio. P.4.c.7.D.
Corrector quas ob cauſas adhibendus. P.4.c.16.§.5. ijs tamen qui talis caſtigationis ſint capaces. Ibid.
Poteſt idem etiam eſſe Bidellus. P.4.c.17.G.

*Cubicula.*

Iunioribus nouitijs in eodē cubiculo ſocius maturior adiungi debet. P.3.c.1. D. & in diuerſis antiquiores intermiſceri. Ibid.

In alte-

In alterius cubiculum non eſt ingrediendum ſine facultate & oſtio ſemper aperto. P.3.c.1. D.

*Cura animarum.*

Non poteſt ſuſcipi in Collegijs. P.4.c.2.§.4. Nec in Domibus. Ibid. B. & P. 6. c.3.§.5.

*Debita.*

INgreſſuri Societatem debent prius debita ſoluere. Ex.c.4.§.1.
Aes alienum eſt impedimentum ſecundarium ad Societatem. P.1.c.3.§.15. Et in eo cauendum à ſcandalo. Ibid. L. & ſi ſit magni momenti eſt cauſa dimiſſionis. P.2.c.2.§.5.

*Decanus.*

Vnus debet eſſe in Vniuerſitatibus, & de eius officio. P.4.c.17.§.5.& 6.

*Declamationes.*

Singulis hebdomadis habẽdæ in Collegijs græcæ vel latinæ. P.4.c.6.§.13. Idem in Vniuerſitatibus. P.4.c. 16.§.3.
A quibus habendæ & audiẽdæ, & de qua materia. Ibid.
Poſſunt ab alio componi, & ab alio recitari. P. 4. cap.16.B.

*Declarationes.*

Cur additæ ſint Conſtitutionibus, Proe. declar.
Earum auctoritas eſt æqualis ipſis Conſtitutionibus. Ibid. & P.6.c.1.A.
Non obligant ad peccatum. P.6.c.5.

*Definitores.*

Eligendi quando Congregatio decernere non poteſt. P.8.c.7.§.3.
Hi quatuor eſſe debẽt. Ibid.
Eorum determinationi ſtare debet Congregatio, licet tamen intercedere. Ibid.§.3.& 4.

*Deuotio.*

Ab omnibus quærenda pro viribus. P.3.c.1.§.20.& 27. & P.4.c.6.A. Et familiaritas cum Deo. P.10.§.2.
Deuotiones omnes cui aperiendæ. P.3.c.1.§.12.
Deuotiones indiſcretę ſunt impedimẽtum ſecundariũ ad Societatẽ. P.1.c.3.§.12.
Requiritur in Profeſſo triũ votorum. P.5.c.2. C. Et in Coadiutore tẽporali. P.1. c.2.§.2. In ſcholaſticis temperandus eius exceſſus. P.4.c.6.§.3.

*Deus*.

Deus eſt in omnibus quærendus. P.3.c.1.§.26.

Amandus eſt in omnibus creaturis, & omnes in ipſo. Ibid. Agnoſcendus in proximis vt in imagine. P.3.c.1.§.4.

Eius maior gloria eſt finis Societatis. P.7.c.1.§.1. & P.8.c.1.§.1.

In eo ſolo fiducia conſtituēda. P.6.c.2.§.2.

Eius maius obſequium & bonum vniuerſalius ſemper ſpectandum eſt. P.7.c.2.§.1.& D.& E.

Ei quāto quis ſe plus aſtringit, tanto eum erga ſe liberaliorem habebit. P.3.c.1.§.22.

Media quæ cum Deo nos iungunt, efficacjora quam quæ diſponunt ad proximum. P.10.§.2.

*Dignitates*.

Præcludendus aditus dignitatibus. P.10.§.6. Idq; voueant Profeſſi. Ibid.

Dignitatem extra Societatem nemo admittere poteſt ſine licentia Generalis. P.9.c.3.§.13. Nec Generalis ſine licentia Societatis. P.9.c.4.§.5.& B. Nunquam autem danda licentia niſi Pontifex obliget ad peccatum. Ibid.& c. 5. E. & P.10.§.6. Immo ne in conſultationem quidē adducendum. P.9.c.5.§.vlt.

Qui coacti dignitatem ſuſceperint, quatenus Societatis conſilia audire debeant. P.10.§.6.

*Dimittere*.

Dimittendi poteſtas eſt penes Societatem, & Generalem. P.2.c.1.§.2. & P. 9. c.3.§.1. Penes reliquos autem quantum eis Generalis communicauerit. P.2.c.1.§.2. quomodo autē communicare debeat. Ibid. B.

Nemo dimittendus niſi ex cauſa, cum ita conuenit communi bono Societatis. P.2.c.1.§.1. Cum quis potius impedit quā iuuat diuinum ſeruitium. Ex. c. 6.§. vlt. Et cum quis male ſe gerit. Ex.c.7.§.1.

Confert ad Societatis conſeruationem dimittere nō idoneos. P.10.§.7.

Deprauati moribus & incorrigibiles omnino dimittendi. P.10.§.7. Scandaloſi & inquieti & aliquid molientes contra Superiores vel Societatem. P. 2.

P.2.c.2.D. Autores diſcordiæ. Ibid.& P.8.c.1.F. Tenaces iudicij. P.2.c.2.§.4. Valde inepti. P.2.c.2.§.3. Ad omnia ſcilicet miniſteria. Ibid. & P.4.c.6.N. Itẽ ſi detegatur impedimentũ. P.2.c.2.§.3.

Dimitti poteſt aliquis etiã propter peccata occulta ſi nolit corrigi. P.2.c.2.§.2. Et hic occulte dimittendus. P.2.c.3.A.

Item ob cauſam infirmitatis. P.2.c.2.§.4. non tamen inuitus ſi in obſequio Societatis contracta ſit. P. 2. c. 2. B.

Omnes dimitti poſsũt. P.2. c.1.§.1. & A. etiam Generalis. P.9.c.4.§.7. Difficilius tamẽ quo quis arctius Societati ligatus eſt. P. 2. c.1.§.1. & A. Itemq; bene meriti, & qui habent bona talenta. P.2.c.1.A.& C.

Quando maius eſt offendiculum, quam peccatum, poteſt quis alio mitti, non dimitti. P.2.c.2.D.

In modo dimittendi quæ ſeruari debeant. P.2.cap. 3. toto.

Habenda eſt magis ratio communis boni, quam particularis. c. 2. §. 3. Alioquin eſſet imprudens caritas. Ibi.§.vlt. Immo vitiũ contrarium caritati. Ibid. §. 3.

Cauſæ publicandæ ſecundum qualitatem perſonæ. P 2.c. 3.C. abſtinendo à defectibus non publicis. c. 3.§.8. Quod ſi publicari nõ poſſint, occulte dimittendi. P.2.c.3.A.

Non debent noſtri manere male affecti erga dimiſſum. P.2.c.3.§.9.

Dimiſſi manent liberi à votis ſimplicibus. Ex. c. 6. §. 8.& A.& c.7.§.1. Idq; illis declarandum. P.2.c.4.§.3.

Gratiæ & facultates ceſſant in dimiſſis. P.2.c.4.§.2.

Dimiſſo quando reſtituenda ſint ſua. Ex.c.4.B. & P. 2.c.3.§.5.& B.

Dimiſſus ab vno Superiore non debet recipi, ipſo, aut Generali inconſulto, niſi forte vt hoſpes. P. 2. c.4.§.1.& A.

Redeuntes poſt dimiſſionẽ quomodo recipiendi. P.2. c.4.§.8.

*Diſcordia.*

Iudiciorum diuerſitas eſt mater diſcordiæ. P.3.cap. 1. §. 18.

Eius auctores dimittendi. P. 2. cap. 2. D. Vt peſtis.

Par. 8. cap. 1. §. 5.

*Diſcretio.*

Seruanda in exercitijs mentalibus. P.3.c.2.§.4.

In caſtigatione corporis. P. 3.c.2.§.5.

In exercitio paupertatis. P.3.c.1.§.25. In prouiſione rerum neceſſariarum. P.6. c. 2. N.

In probandis ſubditis circa obedientiam. P.3.c.1.V.

*Diſputationes.*

Vtiles ſunt diſputationes. P.4.c.6.§.10.

Habendæ ſunt quotidie in Collegijs. §.11. & ſingulis hebdomadis. Ibid. §. 10. Crebro etiam inferiorum claſſium cum ſuperioribus. c.13.§.3.

Noſtri debent intereſſe omnibus diſputationibus etiã externis. P.4.c.6.§.10.

In ijs dandum eſt doctrinæ ſpecimen cum modeſtia. P.4.c.6.§.10.

In ijs præſidere ſemper aliquis debet, eiuſque officiũ quod ſit. P.4.c.6.§.10. & c.13.§.3.

*Doctrina.*

Doctrinæ noſtræ ſcopus eſt, vt noſtris & proximis proſit. P.4.c.5.§.1.

Neceſſaria eſt Societati doctrina, & modus eam proponendi. P.4.Proe.& quidem exacta. P.10.§.3.

Doctrina in Societate debet teneri quæ ſit magis cõmunis. P.8.c.1.K. Magis approbata. P.4.§.5.§. vlt. Sana. P.1.c.2.§.6. & P.3.c.1.§.18. Magis ſecura. P.4. c.5.§.vlt. & c.14.§.1. Magis ſolida. Ibid. Melior. P.8.c.1.K. Magis cõueniẽs. Ibid.

Eadem doctrina debet ab omnibus teneri. P.3.c.1.§.18. & 8. c. 1. K. & §. 8. & P. 10. §. 9.

Doctrina ſuſpecta euitari debet. P.4.c.14.§.1. Et quæ differat à cõmuni sẽſu Doctorũ eccleſiæ. P.3.c.1.O.

Qui petunt Societatem examinandi de doctrina. Ex. c. 5. §. 1.

*Doctrina Chriſtiana.*

Per eam iuuatur proximus. P.7.c.4.§.6.

Eam noſtri omnes debent diſcere. Ex.c.4.§.25. & P. 3.c.1.§.20. & modum tradendi eam pueris. P. 4. cap.8.§.6.

Experimentum docẽdæ doctrinæ. Ex.c.4.§.14. Quod poteſt fieri etiam priuatim. Ibid.

Tradéda in noſtris templis aſſidue niſi aliud Superiori videatur.P.4.c.7.B. & P. 7.c.4.§.6. & E. Vel in plateis. Ibid.§.7. In ſcholis etiam tradenda diſcipulis. P.4.c.7.§.2.& c.16.§.2.Immo etiam Nouitijs explicanda. P.3.c.1.§.20.
Profeſſi & Coadiutores ſpirituales faciũt de ea votũ particulare. P. 5. c. 5. §.3. Iuxta rationem obedientiæ. Ibid.B. eſt etiam propria Coadiutorum ſpiritualium. Ex.c.6.§.2.
Rectores tenentur eam legere per quadragintadies. P.4.c.10.§.10. Poſſunt tamen per alium cũ conſenſu Prouincialis. Ibid.K.

*Domus.*

Generalis eſt acceptare Domos.P.9.c.3.§.17.
Debent eſſe in loco ſalubri. P.10.C.
Non licet domo exire ſine licẽtia ſaltem generali,& ſocio aſsignato. Ex.c.4.§. 25.& P.3.c.1.§.3.C.& P.4. c.4.§.6.
Fœminæ non poſſuntingredi Domos noſtras. P.3.c. 1.§.14.
Non poſſunt in eis teneri arma. P.3.cap.1.§.14.
Nec res vanæ. Ibid. M.
DomusProbationis,& Profeſſæ, vide ſuis locis.

*Eccleſia.*

Societas admittit eccleſias ad auxilium animarum. P. 6.c.2.§.2.
Eccleſiæ Societatis profeſſæ nullos redditus habere poſſunt. Ex.c.1.§.3.& P. 6. cap.2.§.2.

*Electio.*

Electio Generalis debet fieri in conſpectu Dei. P. 8. c.6.§.6.
Non debẽt electores Generalis definire niſi in loco incluſionis. P.8.c.6.§.1.
In electione adhibendum ratiociniũmentis ex prius intellectis. P.8.c.6.§.6.
Electio per communem inſpirationem. Ibid.§.5.
Elector Generalis debet eligere quem ſentit aptiſſimum. P.8.c.6.F.

*Eleemoſyna.*

Non poſſunt accipi eleemoſynæpro miniſterijs Societatis.Ex.c.1.§.3.& P.6.c.2. §.7.& G.& P.7.c.4.§.4.
De eleemoſynarumcuratore. P.1.c.2.A.Poſſunt autẽ eſſe plures. P.6.c.2.§.10.

Omnes ad mendicandum parati eſſe debent. P. 6. c. 2. §. 10.
Eleemoſynæ perpetuæ relinqui poſsũt Domib⁹ profeſſis,ſed non habent ius ciuile ad eas exigendas. P. 6.c.2.§.6. & B. nec debent noſtri quemquam ad eas incitare.Ibi.§.6.
In Collegijs quomodo admitti poſſint eleemoſynæ. P.4.c.2.§.6.
In eccleſiis noſtris non eſt tenenda arca ad eleemoſynas. P.6.c.2.§.8.
Domus profeſſæ viuunt ex eleemoſyna. P. 6. c. 2.§.3.

*Equitare.*

Iumentum ad equitandum ordinarie in Domibus profeſsis ali non poteſt. P. 6. c. 2. §. 14. Quando tamen poſſit. Ibid. K.

*Examen conſcientiæ.*

Vide Conſcientia.

*Examen ad probationem.*

Communia omnibus examinandis. Ex. c.3. & 4.toto.
Examẽ eruditorum & ſcholaſticorum. Ex.c.5. Coadiutorum. c. 6. Indifferentium. c. 8.
Poteſt omitti cum ijs qui noti ſunt. Ex. cap. 1. A.
Debet proponi in prima probatione, Impedimenta autem ante eam. P.1.c. 1.D.& c.4.§.5.& E.& clarius. Ex.c.1.A.
De officio examinatoris. P. 1.c.1.§.3. & 4. & D.
Obligatio reſpondendi vere in examine quanta ſit. Ex.c.3.A.
Quæ in examine dicuntur ſecrete ſeruanda pro rei qualitate. Ex.c.3.§.1.

*Varia Examina.*

Examẽ debet proponi ſexto quoque menſe intra biennium probationis. P. 1. c.1. D.
Qui ex ſtudijs veniunt examinari debẽt. P.1.c.4.§.7.
Item qui ex alijs locis vbi non fuerunt diligẽter examinati. P.1.c.4.§.7.
Item qui ad Societatem redeunt. P.2.c.4.§.8.
Scholaſtici abſolutis ſtudijs examinari debent in ſingulis facultatibus. P.4.c.6.L.
Item ante gradus ſuſceptionem diligenter. P. 4. cap. 6.§.17.& c.15.§.4.& E.
Nemo noſtrorum poteſt in iudicio examinari, niſi in ijs quæ nemini nocent. P. 6.c.3.§.8.& E.

Exem-

*Exemplum.*

Exemplum antiquiorum in Societate multum poteſt. P.3.c.1.§.19.& etiã Generalis & aliorum primorũ. P.8.c.1.§.3. & P.9.c.2.§.2. & c.6.A.

*Exercitia ſpiritualia.*

Sunt vnum ex medijs Societatis ad ſalutem animarũ. P.4.c.8.§.5. & . P. 7.c.4.§. 8. Quæ etiam in miſſionibus dantur. P.7.c.2.E.

Iuuant in noſtris ad habendam eorum notitiam. P.1. c.4.D. & ad acquirendam deuotionem. P.3.c.1.§.20.

Eorum experimentum primum & per vnũ menſem. Ex.c.4.§.10.

Eorum vſum callere debent omnes noſtri. P.4.c.8.§.5.

Qui incipiunt alijs tradere exercitia, debent conferre cum aliquo magis perito.P.4.c.8.E.

Qui ea tradit noſtris debet referre ad Superiorẽ quid de ijs ſentiat. Ex.c.4.§.18.

Exercitia primæ hebdomadæ poſſunt dari omnibus, cetera non niſi capacibus. P.4.c.8.E.& P.7.c.4. F. ſed alia ipſis accommodata. P.3.c.1.R.

*Exhortationes.*

Faciendæ ſunt noſtris ſingulis octo, vel quindecim diebus. P.3.c.1.§.28.

*Experimenta.*

Adhibentur ad melius perſpiciendos noſtros. P.1.c. 2. §. 1.

Sunt ſex.Ex.c.4.§.9.Poſſunt tamen eſſe plura. §. 16. & P.9.c.3.E.

Poſſunt præponi, poſtponi, ex parte,vel omnia iniungi, atque etiam permutari. Ex.c.4.§.9. Poteſt etiam Generalis diſpenſare in ijs omittendis. P. 9. c.3.E.

Debent fieri ante ſecundũ annum probationis. Ex.c. 4.§. 16.

Si non fiant ante ſtudia, poſſunt fieri inter ipſa ibi,vel ijs finitis. Ex.c.7.§.6.

*Facultates Apoſtolicæ.*

Pontificiæ facultates ſupponunt approbationem Societatis. Ex.c 1.§.1.

Earum compendium penes ſe habere debet Generalis. P.9.c.6.§.3.

Non communicantur particularibns niſi per Generalem.P.8.c.1.§.6.& P.9 c. 3.§ 10.Qui poteſt eas contrahere.

trahere, reuocare & ce. Ibi. Earum vſus moderatus eſſe debet. P.10.§.12.
Vide Gratiæ Apoſtolicę.

*Fundatores.*

Fundatoribus & eorum neceſſarijs obligatio oſtendenda. P.4.c.1.§. vlt.
Fundatores, vel præcipui benefactores ſunt participes meritorum Societatis. Ibid.§.5.
Pro fundatore quot ſacra dicenda. Ibi.§.1.2.& 4. Qui autem non plene fundauit. Ibid. E.
De Candela Fundatori danda. Ibid. §. 3.
Fundator quomodo poteſt ſibi reſeruare auctoritaté applicandi bona ad aliud opus. P.4.c.2.A.
Si Communitas fundarit, quæ ſuffragia debeantur. P.4.c.1.D.

*Generalis.*

NEceſſarius eſt in Societate. P.9.c.1.
Debet eſſe ad vitã. P.9.c.1.A.
Multum refert ad Societatis cõſeruationem, vt eius electio fiat ſecundũ Conſtitutiones. P.10.§.8.
In electione plusquam mediam partem ſuffragiorum habere debet. P.8.c.6.§.6.
Electus non poteſt recuſare. P.8.c.6.§.7. Et qui eum non recipit, excommunicatus eſt. §.8.
Quæ dotes & animi, & corporis in eo requiruntur. P.9.c.2. toto.
Habet plenam auctoritaté in omnes ad bonum regimen. P.9.c.3.§.1. Idq; expedit ad conſeruationem Societatis. P.10.§.8.
In dimittendo habet omné poteſtatem quam habet ipſa Societas. P.2.c.1.§.2. Soluſq; poteſt dimittere Profeſſos & Coadiutores formatos. P.2.c.1.C.
Poteſt vendere & applicare quæ libere relinquuntur Societati. P.9.c.3.§.6.
Poteſt admittere Collegia & Vniuerſitates & Domos, non tamen diſſoluere. P.4.c.2.§.1.& 3.& cap. 11.§.2.& P.9.c.3.§.5.& ſtatuere vbi ſint aperiendæ ſcholæ. P.4.c.7.A.
Ipſius eſt Prouinciales per ſe conſtituere. P.9.cap.3.§. 14. & c.5.§.1. & Rectores. c.3.§. 14. hos tamen etiam per alios põt. P.4.c.10.§.3.
Ipſius etiã eſt admittere in corpus Societatis. P.5.c.1. §.2. Quibus autem eam facultatem

cultatem cõmunicare poſ ſit. Ibid. B.
A Generali vt à capite defluit vniuerſa poteſtas Prouincialiũ & reliquorum. P.8.c.1.§.6. Et ipſe eis dat auctoritatẽ, quam iudicat dandã.P.9.c.3.§.7.& 16.
Res grauiores debet tractare cum Aſiſtentibus, etſi ſtatuendi facultas penes ipſum eſt. P. 9.c. 6.§. 11. Quod in ſpecie de Vniuerſitatibus acceptandis dicitur. P.4.c.11.§.2.& A.
Eius eſt ſupplere defectus Præpoſitorum inferiorũ. P.9.c.6.§.2.
Item vti correctione & reprehenſione cum opus eſt. Ibid.
Poteſt inſtituere miſſiones. P.7.c.2.§.1. & P.8.c.1.§.6. In omnes mundi partes. P. 4. Proe. A. Mutationes perſonarum. P.9.c.3.§.2.
Quomodo poſſit reuocare miſſiones factas à Pontifice. P.7.c.1.§.6. & c.2.H. & P.9.c.3.G.
Quot & quos miniſtros habere debeat. P.9.c.6.toto.
Debet habere catalogum omnium noſtrorum cum ſuis qualitatibus. P.9.c.6. §. 3. & Collegiorum cum ſuis redditibus. Ibi.
Debet cognoſcere conſcientias ſubditorum, præſertim maiorum officialium. P.9.c.3.§.19.
Vt plurimum debet reſidere Romæ. P.8.c.1.§.7. & c. 5.§.1. Poteſt tamen viſitare. Ibid. H.
Debet curare vt ſeruentur Cõſtitutiones. P.9.c.3.§.8. Poteſt tamẽ diſpẽſare.Ibi.
Confert ei ad auctoritatem habere apud ſe viros graues. P.8.c.1.G.
Debet ordinarie agere cum Prouincialibus ſed aliquãdo etiam cum Præpoſitis localibus.P.9.c.6.§.2.
Debet exigere crebro rationem eorum quæ fiunt in Prouintijs.P.9.c.6.A.
Non debet vacare concionibus niſi commode poſſit.P.9.c.6.§.1.Neque occupari in alijs particularibus, ſed in vniuerſalibus. P.9.c.6.§.6. Nec habere curam vllius Domus particularis. Ibid.§.5.
Non poteſt mutare Conſtitutiones.P.4.c.10.§.2.
Debet vitare negotia externorũ etiã pia. P.9.c.6.§.4.
Miſſiones pontificias nec debet recuſare, nec affectare. P.7.c.1.§.2.
In congregatione habet

duo ſuffragia, & prærogatiuam in paritate. P. 8. c. 3. §. 2.
Eſt ſubiectus Societati. P. 10. §. 8. Poteſt ei à Societate præſcribi ratio victus & veſtitus. P. 9. c. 4. §. 2.
Poteſt aliquando amoueri, & etiam dimitti à Societate. P. 9. c. 4. §. 7. Modus autē in eo ſeruandus. P. 9. c. 5. §. 4. & ſeq.
Si fuerit valde remiſſus vel inutilis, debet ei dari Vicarius. P. 9. cap. 4. §. 6. & cap. 5. §. 6.
Si ex redditibus Collegiorum dat conſanguineis, vel alijs, deponendus eſt, P. 9. c. 4. §. 7. & D. Poteſt tamen facere conuenientem eleemoſynam. Ibid.

*Gradus.*

Ad gradum ſuſcipiendum quotannorum ſtudium requiratur. P. 4. cap. 15. §. 2. & B.
Eos conferre pertinet ad Cancellarium. P. 4. cap. 17. §. 2.
Debet præcedere diligens examen, & quidem publicum. P. 4. c. 15. §. 4. & idem cum noſtris. P. 4. c. 6. §. 17. Poteſt tamen cū licētia Generalis, vel Prouincialis priuatim fieri. P. 4. c. 15. E.
Externis gratis dandi. P. 4. c. 15. §. 4. Nec permittendus ſumptus niſi exiguus. Ibib. & F.
Non ſunt noſtris graduandis aſſignanda certa loca. P. 4. c. 6. §. 17. Atq; idem etiam ſeruandum cum externis. P. 4. c. 15. §. 4.
Quomodo poſſint noſtri graduati habere aliqua inſignia in actibus publicis. P. 4. c. 17. §. vlt.
Externis fides facienda de gradu per notarium. P. 4. c. 17. §. 4. Noſtris per patentes Rectoris. Ibid. F.

*Grammatica.*

Comprehenditur nomine litterarum humaniorum. P. 4. c. 12. A.
Ordinarie tres eius claſſes eſſe debent. P. 4. c. 13. B.

*Gratiæ Apoſtolicæ.*

Coadiutores formati corū capaces ſunt. Ex. c. 6. §. 3. Atq; etiam Nouitij. P. 5. cap. 1. A.
Vide Facultates Apoſtolicę.

*Habitus, Vide Veſtitus.*

*Hæreſis.*

DAmnatus vel ſuſpectus de hæreſi per ſententiam

tiam habet impedimentũ eſſentiale ad Societatem. Ex.c.2.§.1. & P.1.c.3.§.3. Non tamen ſi ſit hæreſis generalis, nempe nationis. Ibid. B.

*Honor.*

Fratres inuicem honorandi tanquam Superiores. P.3. c.1.§.4.

*Horæ.*

Horarum diſtributio per ſignum campanę neceſſaria. P.4.c.10.§.9.

Horæ ſtatutæ, vt cibi & ſomni, ſeruari debent. P. 3.c.2.§.2. niſi ſuperior diſpenſet. Ibid. B.

*Hoſpitale.*

Hoſpitalis experimentum, ibi dormiendo, vel per horas aliquas quotidie ſeruiendo. Ex.c.4.§.11. & 19. In ijs autem qui redeunt ad Societatem. P.2.c.4.D.

Subuentio eorum qui ſunt in hoſpitalibus eſt ex inſtituto noſtro. P. 7, c.4.§. 9.

*Humaniores litteræ.*

Earum nomine Rhetorica & Grammatica intelligitur.P.4.c.5.A. & præterea Poeſis & Hiſtoria. P. 4. c. 12. A. Quot autem & quas claſſes contineant. P. 4. c. 13. B.

Sunt his temporibus neceſſariæ. P. 4.c.5.§.1. & cap. 12. §. 2.

Ad profeſsionem requiritur etiam ſcientia humaniorum litterarum. P.5.c. 2.§.2.& B.

Earum non poteſt eſſe tempus limitatũ. P.4.c.15. A.

Loquendo & ſcribendo ſtylus exercendus. P.4.c.6.§. 13.& actio, pronunciãdo. P.4.c.13.§.3.

Compoſitiones emendandæ à magiſtris. P. 4. c. 13. A. & aliquæ mittendæ ad Prouincialem vel Generalem. P.4.c.6.L.

*Humilitas.*

Seruanda in animo, & in exteriori, deferendo alijs. P.3.c.1.§.4. Et in ratione veſtitus. P.6.c.2.§.15. Et in omnibus. Ibid.§.16.

Silẽtium & compoſitio exterior eſt indicium humilitatis.P.3.c.1.§.4.

Requiritur in Rectore.P.4. c.10.§.4. & nominatim in Coadiutoribus ſpiritualibus. Ex.c.6.§.5. & temporalibus.§.6. Denique ſplẽdere debet in ipſo Generali.

nerali. Par. 9. cap. 2. §. 2.
Officia in quibus exercetur humilitas, deuote obeunda. P.3.c.1.§.22. & appetenda. Ex.c.3.§.28. & aliquando à ſacerdotibus exercēda. P.3.c.1.§.19.
Appetendus eſt cōtemptus ſui nulla data occaſione. Ex.c.4.§.44.
Experimentum verſandi in officijs humilibus. Ex.cap. 4. §. 13.
Qui ad ſuperbiam propenſi ſunt, in humilibus exerceri debent. P.3.c.1.§.13.
Humilitas eſt litterarū fundamentum. P.3.c.1.§.27.

*Impedimenta.*

IMpedimenta eſſentialia quæ à Societate excludunt, ſunt quinque. P.4.c. 3.§.2. Ea quæ ſint fuſe explicantur. Ex. cap. 2. & P. 1. cap. 3.
Debent proponi ante primam probationem. Ex. c. 1. A. & P.1.c.1.D. Non tamen vt impedimenta. Ex. cap. 2. A.
Qui vnum celaſſet quod peccatum ſit, cui reſeruatum. Ex. c.3.A.
Si poſtea detegatur, dimitti debet. P.2.c.2.§.3.
In his nō poteſt Generalis, nec Societas diſpenſare. P.1.c.3.G. Quis autem poſſit. Ibid. & tunc ex diſpenſatione fiunt idonei. P. 4. cap. 3. A.
Impedimenta ſecundaria tū ex parte animi, tum corporis, quæ ſint. P. 1. c.3.§. 9. & ſeq.
Hæc ſatis poſſunt eſſe ſingula vt quis non admittatur. P. 1. c. 3. H. Poſſunt tamen compenſari alijs bonis præclaris. Ibid.

*India.*

Indos iuuare quantum refe rat. P.7.c.2.D.
Poſſunt noſtri in Indiā mitti. P.7.c.2. C. Rarius tamē vbi nulli ſunt chriſtiani. P.9.c.3.F.
Vnus Aſsiſtens Indiæ eſſe poteſt. P.9.c.6.§.10.
In India communicari poteſt poteſtas diſpenſandi in Conſtitutionibus. P. 9. c. 3. D. Item dimittendi etiam Coadiutores formatos. P.2.c.1.C. & admittendi ad profeſsionem. P. 5. cap. 2. A.
Ex India quarto quoque anno vnus mittetur ad Generalem. P.8.c.2.B.
Poteſt in Collegijs doceri

lingua Indica. P.4.c.12. B.

*Indifferentes.*

Indifferentes vocantur de quorũ ſtatu non dũ decreuit Societas. Ex.c.1.§.11.

Hi debẽt eſſe parati ad omnia officia humiliora. Ex. cap.8.§.2. Nec debẽt procurare vt mutent ſtatum, ſed tantum poſſent proponere. Ibid. A.

Omnes qui ingrediuntur ex ſua parte debent eſſe indifferentes. Ex.c.1.§.7. & c. 4.§.17.& c.5.§.vlt.

Debemus eſſe indifferentes ad omnia. Ex.c.8.§.1. & P. 7.c.2.§.1.in fine.

*Infamia.*

Eſt impedimẽtum eſſentiale. Ex.c.2.§.2. & P.1.c.3.§. 4. Intelligitur tamen vbi ea extat. Ex.c.2.C.

*Infirmi.*

Debent omnem ſui curam relinquere Superioribus. P.3.c.2.G.

Debent obedire infirmarijs & medico. Ex.c.4.§.32. & dare omnibus ædificationem. Ibid.

Eorum infirmarij numerantur inter Coadiutores. P. 1.c.2.A.qui debent eſſe bonis viribus.P.3.c.2.F.

Non minus donum Dei eſt infirmitas quam ſanitas.P. 3.c.1.§.17.

Infirmi Domorum poſſunt in hortis Collegiorum recreari.P.6.c.2.D.

Prçfecto ſanitatis omnes manifeſtare debent morbos ſuos.P.3.c.2.§.6.

Magna cura habenda ægrotantium. P.3.c.2.G.

Præfectus ſanitatis debet eã habere etiã in ſanis. Ibid. § 6.

Ad viſendos phreneticos & parum ædificatiuos cũ delectu admittẽdi. P.6.c.4.A.

Ille dimittendus eſt in quo tempore probationis detegitur infirmitas, vel notabilis diſpoſitio ad illam. P 2.c.2.§.4.

Ob corporis infirmitatem in obſequio Societatis cõtractam nemo inuitus dimitti debet. P.2.c.2. E.

*Iudicium proprium.*

Pertinacia iudicij eſt impedimentum ad Societatem. P 1.c.3.§.14.

Abnegatio iudicij proprij per obediẽtiã.P.3 c.1.§.24.

*Labores.*

LAbores etiam mentales debent interrumpi exterio-

exterioribus. P.3.c.2.§.4. vel conuenienti recreatione. Ibid. D.
Labores tam animi quam corporis neque nimis intenſi, neque remiſſi eſſe debent. P.10.§.10.
Noſtrum inſtitutum exigit magnos labores. Par. 4. proe. A.

*Latina lingua, Vide linguæ.*

*Lectiones ſacræ.*

Debent aſſidue eſſe in templis noſtris. P.7.c.4.§.6. niſi aliud videatur Superiori. E.
Earum modus à ſcholaſtico diuerſus eſt. P.4.c.8.§.3. Debet tamen cum doctrina redolere mores. Ibid. A.
Lectionum cauſa poſſunt dici veſperæ. P.6.c.3.B.
Pro his nullus redditus vel etiam eleemoſyna admitti poteſt. P.6.c.2.§.7.& P.10.§.5.

*Lectiones ſcholaſticæ.*

Audiendæ ſunt ex arbitrio Rectoris. P.4.c.6.§.6.
Debent diligenter audiri, & deinde repeti. P.4.c.6. §.8.& c.13.§.3.
Premittenda breuis oratio. P.4.c.16.§.4. vel ſalté crucis ſignum. Ibid. C.
In eis aliqua inſerenda ad pietatem. P.4.c.8.A.
Aliquæ lectiones cum maiori apparatu fieri poſſunt. P.4.c.13. C. Aliqua etiam priuatim. P.4.c.6.E.

*Lectores.*

Poſſunt aliqui fieri lectores ob ſuam vel aliorum vtilitatem. P.4.c.6.§.vlt.
Lectores conſtituere pertinet ad Generalem. P.9. c.3.§.9.
Lectores primarios mutare non poteſt Rector ſine auctoritate Prouincialis. P. 4.c.17.A. niſi ex neceſſitate ad breue tempus, Inferiores autem poteſt. P. 4. c.6.F.
Reliqua vide in Præceptores.

*Leges.*

Legum ſtudium à noſtris tractari non debet, niſi forte per alios. P.4.c.12. §. vlt.

*Libri.*

Libri prophani prohibentur noſtris. P.3.c.1.M.
In ſcholis non debent prælegi qui honeſtati repugnant niſi purgentur. P. 4.c.5.

4.c.5.E. & cap.14.§.2. nec quorum autores ſunt ſuſpecti, vel eorum doctrina. Ibid.§.1. & A.
Societas profeſſa poteſt in communi poſſidere libros proprios. P.6. c.2.E.
Cuiq; dandi ſunt libri neceſſarij. P.4. c.6.§.7.& præterea debet eſſe bibliotheca communis, & illius aliquot claues. Ibid.
In libris nemo ſcribere debet. P.4.c.6. G.
Librorum ſcriptione iuuatur proximus. P.6.c.2.C. & P.7.c.4.§.11.
Non poſſunt edi niſi Generalis eos videat, & examinari faciat. P. 4. c.6. O. & P.7. c.4. §. 11. Quomodo autem examinandi. P.3. c. 1.§.18.

*Linguæ.*

Linguæ defectus eſt impedimentum ſecundarium ad Societatem. P.1.c.3.§.13.
Linguarum ſtudium iuuat ad ſcopum Societatis. P. 4.c.5.§. 1.
Pertinent ad Collegia. P.4. c.7. B. Docendæ in claſſe Rhetoricæ, & Humanitatis. P.4.c.13.B.
Linguæ latinæ fundamentũ iaciendum ante artes. P.4. c. 6. §. 5. Reliquæ poſſunt addiſci poſt artes. P. 4. c. 6.§.4.
Progreſſus linguæ latinæ ſpecialiter interrogatur ab ingredientibus. Ex. c. 5. §. 1.
Docẽda lingua latina, græca, & hebraica, P. 4.c.12. §.2. Aliæ etiam, vt arabica, ſi fuerit opus, Ibidem.
Linguarum ſtudium tantũ firmis in fide & doctrina concedendum, P.4.c.6.D. Aliquãdo tamen etiam ijs qui in maioribus ſcientijs progreſſum facere nõ poſſunt. c.5. D.
Latine loqui omnes ſcholaſtici communiter debent. P.4.c.6.§.13.
Lingua vernacula à concionatoribus bene addiſcenda. P.4.c.8.§.3.

*Litteræ.*

Litterarum miſsio de rebus ædificatiuis cõfert ad vnionem animorum. P. 8. c.1.§.9.
Litteræ quadrimeſtres. P.8. c.1.M.
Litteræ non ſcribi debent niſi cum licentia Superioris; nec accipi niſi per ipſum. P. 3. c.1.B.& Ex.c. 4.§. 6. & Superior poteſt

eas retinere.Ibid.

*Lites.*

Poteſt Societas bona Collegiorũ iudicio defendere. P.4.c.2.C.idque per Coadiutores,vel per externos. P.6.c.3.§.7.

Lites præſcindendæ, vt caritas conſeruetur. P.6.c.2. §.12.

*Lotor.*

Numeratur inter officia Coadiutorum.P.1.c.2.A.& P. 4.c.10.H.

Potius domeſticus eſſe debet quam externus. P. 3.c. 2.H.

*Ludus.*

In noſtris domibus nó poſſunt teneri inſtrumenta ad luſum.P.3.c.1.§.14.M.

*Mathematica.*

A Noſtris tradenda quatenus ad finem noſtrũ facit.P.4.c.12.C.

*Medicina.*

Non eſt in noſtris ſcholis docenda ſaltem à noſtris. P.4.c.12.§.4.

*Medicus.*

Vocandus cũ eſt morbus alicuius momenti.P.3.c.2.G. Ei obediendũ.Ex.c.4.§.32. & P.3.c.1.§.17.& c.2.G.

Conſulẽdus medicus de ratione victus, etiã in ſanis. P.6.c.2.§.16.

Vnus ordinarie eſſe debet. P.3.c.2.G.

*Mendicare.*

Omnes parati eſſe debẽt ad mendicandum oſtiatim. P. 6.c.2.§.10.

Profeſsionem, vel coadiutorũ vota facturi,ter mẽdicare debẽt.Ex.c.4.§.27. Scholaſtici etiam, ſi ſuperior velit.Ibid.

In peregrinationibus mendicandum oſtiatim. Exa.c. 4.§.12.

In miſsionibus mẽdicandũ, ſi ita velit Põtifex.cũ mittit.P.7.c.1.E.

Quando liceat in collegijs mendicare.P. 4. c.2.§.6.

*Menſa.*

Ad menſam dandum eſt ſignũ campana.P.4. c. 10. I. & adhibenda benedictio, & lectio.P.4.c.1.§.5.

*Miniſter.*

Miniſter Rectori neceſſarius eſt, qui prouideat vniuerſali bono Collegij. P. 4.c.10.§7.

Põt appellari Vicerector, vel magiſter domus. Ibid.

eſt officialis Rectori ſubordinatus. Ex.c.4.E.
Ei omnes, etiam alij officiales obedire debent. P. 4. c.10.§.8.
Poteſt idem habere alia officia. Ibi.G.

*Miſſa.*

Quotidie à noſtris audienda.P.4.c.4.§.3. niſi ex particulari cauſa. Ibi.B. & ab externis Scholaſticis. P.4. c.16.§.1.
Celebranda à noſtris octauo quoque die vt minimũ. P.6.c.3.§. 2.Immo ſæpius. Ex.c.4.§.25.
An noſtri dum miſſam audiunt, poſsint recitare officium, ſuperior ſtatuet. P. 4.c.4.B.
In miſſa ritus Romani ab omnibus ſeruari debẽt. P. 4. c. 8. §. 2. & in ijs debet eſſe conformitas.Ex.c.5.§. 7.& P.8.c.1.§.8.
Miſſa ſolennis intelligitur ſecundum vſum noſtrum. P.4.c.1.A.
In miſsis maioribus etſi ſub miſſa voce dicãtur, licebit vti ſuppelliceis.P. 6.c.3.B.
Obligatio ad miſſas nõ accipienda.P.4.c.2.§.4. & P.6. c. 3. §. 6. & quomodo hæc obligatio ſit intelligenda. P.4.c.2.B.
Pro miſsis nihil accipiẽdũ ne eleemoſyna quidẽ.P.6. c.2.§.7.& P.7.c.4.§.4.
Quæ miſſæ dicẽdæ ſint pro noſtris mortuis. P.6.c.4.§. 3.Quæ pro Fundatoribus. P.4.c.1.toto. Quæ pro benefactorib⁹.P.7.c.4.§.4. & quæ pro fælici Præpoſiti electione. P.8. c.5. §.3. & quæ pro bono exitu Congregationis generalis. P. 8.c.5. §.4. Quæ autem pro Societate noſtra.P.10.§.1.

*Miſsiones.*

Societatis proprium eſt diuerſa loca peragrare. Ex. c.4. §.27. & P.3. c.2. G.& P.6.c.3. §.5.& P.4. prohœ. A. & per orbẽ diſcurrere. P.7.c.1.B. & debet Societas eſſe expedita ad miſsiones P.4.c.2. §.4. & hac de cauſa Profeſſi non habent ſtabilẽ habitationẽ. Ibi B.
Miſſionũ quot ſint genera. P.7.c.1.§.1.& A.
Miſſiones primo & principaliter pertinent ad Pontificem.P.7.c.1.§.1.
Miſſiones Põtificis nõ procurandæ.Ibid.§. 2.
Miſſi à Pontifice non debẽt petere viaticum.Ex.cap.1. §. 5. & P.6. cap.2. §.13. & P.7.

P.7.c.1.§.3. debet tamen intelligi quæ ſit mẽs eius. P.7.c.1.E. & parati eſſe debent mendicare.Ex.c.4. §.27.

Generalis debet informare Pontificẽ de perſona quã vult mittere.P.7.c.1.C.

Cum Pontifex non limitat tẽpus, intelligitur ad tres menſes, vel vt opus erit. P.7.c.1.§.6.& pro qualitate negotiorum.c.2.H.& in tali caſu poteſt Superior eos reuocare. P.9.c.3.G.

Generalis in miſsionibus habet omnem poteſtatem. P.9.c.3.§.9.

Nemo ſe ingerere debet ad miſsiones. P.7.c.1.§.2.neque directe,neque indirecte. c.3.§.1.Poſſunt tamen repræſentari motus animi cum indifferentia. P.7.c.2.I. neque de ea agendũ cum externis. Ibid. k.

Ex miſsione debent noſtri ſæpe ſcribere ad Superiorem.P.7.c.2.§.2.&H.nempe ſingulis hebdomadis ſi fieri poteſt. P.8.c.1.L. Superior autem intelligitur vicinior.P.7.c.3. A.& P.8.c.1.§.4.

Qui mittuntur,oportet eos eſſe notiſsimos Superiori. Ex.c.4.§.35. Nec debent mitti niſi probati maxime in Obedientia.P.8.c.1.§.3.

Qui mittuntur non debent ſe excuſare. Ex.c.1.§.5.

Debet ijs à Superiori dari inſtructio in ſcriptis. P.7.c.2.§.2.& L.non tantum de negotijs, ſed etiam de perſonis. Ibid.N.

In miſsionibus faciẽdis quæ quibus loca præferenda ſint.P.7.c.2.D.& quæ quibus opera. Ibid.E.

In ratione mittendi ſpectãdus maior Dei honor.P.7.c.2.G.vel Pontificis volũtas.P.7.c.1.E.

Non debet quiſquam ſolus mitti.P.7.c.2.F.ſed ita iungẽdi vt vnus ſuppleat defectum alterius. Ibid.& P.8.c.1.§.3.

Ex loco miſsionis quatenus liceat ad loca vicina excurrere.P.7.c.1.§.7.

Pro miſsionibus maioris momenti miſſæ, & preces indicendæ.P.7.c.2.M.

Tempus miſsionum non eſt definitum, niſi pro maiori ſeruitio Dei. P.7.c.2.H.

Qui non bene ſe gererent, reuocandi,vel iuuandi ſocio.P.8.c.1.C.

In reuocandis miſsionibus habenda ratio, ne populi offen-

offendantur. P.7.c.2.H.

*Modeſtia.*

Modeſtia interior, & exterior facit ad propriam, & externorum ædificationé. P.4.c.4.§.vlti.

Modeſtia vultus eſt ſignum humilitatis, & pacis interioris.P.3.c.1.§.4.

Modeſtia in corporis refectione ſeruanda. Ibid. §.5.

*Moniales.*

Non poteſt Societas earum curã ſuſcipere.P.6. c. 3. §. 5. poteſt tamen aliquando earum confeſsiones audire.Ibid.

*Mors.*

Morientes quomodo ſe ad tranſitum diſponere debent.P.6.c.4.§.1.

Iuuandi ſunt omnium orationibus,& aliqui ſemper aſsiſtere ijs debent. P.6.c.4.§.2. pauciores tamen, ſi phreneſi laborent.Ibid.A.

Pro mortuo, quæ orationes faciendæ.P.6.c.4.§.3. & 4.

Mortui notandi ſunt in catalogo,qui mittitur ad Generalem,& Prouincialem. P.8.c.1.N.

Mortui noſtri quomodo ſepeliendi. Vide ſepultura.

Habendum compendiũ de modo iuuandi proximos moribundos. P. 4. c. 8.G. iſq; modus à noſtris Scholaſticis diſcendus.P.4.c.8. §.7.

*Mortificatio.*

Debet eſſe continua in rebus omnibus Ex.c.4.§. vlt.

Ad eam cõfert etiam veſtitus.P.3.c.2.C.

Multitudo immortificatorum nec ordinem fert,nec vnionem.P.8.c.1.§.2.

Mortificatio carnis, vide Corpus.

*Mulieres.*

Non poſſunt ingredi habitationes noſtras. Par.3. c. 1.§.14.L.

Nulla mulierum cura à noſtris accipi debet. P.6.c.3. §.5.

*Mundus.*

Abhorrendũ à mundo. Exa. c.4.§. 7. & 44. conculcandus eſt.P.3.c.2.C.

Eius contemptus iuuat ad vnionem.P.8.c.1.§.8.

*Munera.*

Non poſſunt à noſtris dari magnatibus munuſcula ad res obtinẽdas. P. 6.c.2.§.9.

*Muſica.*

Nō poſſunt in domibus teneri inſtrumēta muſica. P. 3.c.1.§.14.M.

*Nobilitas.*

SI cætera adſint, facit hominem magis aptum Societati.Par.1. cap. 2.§.13. Idem in Generali. Par. 9. cap.2.C.

*Notarius.*

In vniuerſitatibus debet eſſe Notarius externus, qui fidem faciat de gradibus ſuſceptis. P.4.c.17. §.4.ſtipendium eius ſit moderatum.Ibid.F.

*Nouitij.*

Nouitiatus bienniū durare debet. Exam. c. 1. §. 12. & c.4. §. 16. & Par. 4. cap.3. §. 3. Vide Probatio ſecunda.

Nō ſunt intra biennium cōpellendi ad vota faciēda. P.3.c.1.T.Poſsūt ea facere ex ſua deuotione. Ibid. & P.5. c.4. §.vlt. conuenit ea non emitti ſine facultē ſuperioris Exa. c. 1. E. Non tamen in manibus cuiuſquam Par.3. c.1. T. & eorum memoria ſeruanda. Ibidem. Par. 5. cap.4. §. vlt.& G. Debent etiam ea bis in anno renouare. Ibidem. N.

Intra biennium nullus eis certus habitus Societatis datur.Exam. cap. 1. §. 13. Eorum veſtitus mortificationi ſeruire debet. Par. 3. cap. 2. C. Superior tamen poteſt dare conuenientiorem eo, quem ex ſeculo attulerunt. Exam. c.1.F. Vel permittere pretioſiorem, quē attulerint. P.6.c.2.M.

Dicuntur eſſe de Societate largo modo. P.5. c.1.A.Et ſunt capaces gratiarū. Ibi. Ipſi tamen non debent dicere ſe eſſe ex Societate. Ex.c.4.§.17.

Docēdi ſunt doctrinā christianam,meditari, confiteri, audire Miſſam. Par. 3. cap. 1. §. 20. Et quomodo ſe gerant etiam interius, & exterius.Par. 3. cap. 1. §. 12. & interdum tentandi in virtutibus. Ibidem. V.

Debet ijs præſcribi,quibus cum conuerſentur. Par. 3. cap.1.D.

De-

Debent quærere continuũ puritatis,& virtutum augmentum. Exam. cap. 4. §.41.

Loqui debent de parentibus quaſi iam eos non haberent.Exa.cap. 4. C. Nec cum eis, vel alijs propinquis coram, vel per litteras communicare. Ex. c.4. §. 6. Neque cum eis loqui niſi breuiter, & aliquo præſente. Par. 3. cap.1. B. Quod ſi ſollicitentur à ſuis, tranſmittendi aliò. Ibid. A.

Debent ſingulis ſex menſibus biennij legere Bullas, & Regulas Ex.c.1.§.vltim. & c. 4. §. 41. Conſtitutiones autem non vniuerſas, ſed compendium earum. Ex.c.1.G.

Poſſunt probari etiã in Collegijs. P.4. cap.6.C.vel in Domibus. P.3. c.1.§.27.& P.4. c.2.D.

Nouitios dimittere poſsũt, qui poſſunt admittere, niſi ſit aliqua particularis ratio. P. 2. c. 1. C.difficilius tamen, qui vota fecerunt. P.2.c.1.§.1.A.

Sacerdotes Nouitij nõ poſſunt ſacramenta adminiſtrare niſi cum peculiari approbatione Superioris Exam.cap.5. §. vltim. Debent etiam priuatim exerceri in ritibus Miſſæ.Ibid.

*Nouitiorum Magiſter.*

Magiſter Nouitiorum alius eſſe poteſt à Confeſſario, & Superiore. Par. 3. cap. 1.§.12.Poteſt tamen etiam Miniſter illorum curam gerere ob penuriam hominum. Par.4.c.10.G.

Debet eſſe verſatus in ſpiritualibus. Par. 3. cap. 1. §. 12. Quomodo autem ſe gerere debeat cum Nouitijs, & Nouitij cum ipſo. Ibidem.

*Obedientia.*

Obedientia magni meriti eſt.Par.4. cap. 6.§. 2. Eſt vinculum vnionis. Par. 8. cap. 1. §.3.iuuat ad conſeruationem Societatis. P.10.§.9.

Vocatur ſancta. Par.6. cap. 1. §. 1. & Par. 2. cap. 1. §. vltimo.

Securius fit opus ex obedientia,quàm proprio arbitratu. P.7.c.2.A.

Obedientia triplex, Exequutionis, Voluntatis, Intellectus.Par.6.cap.1. §.1. & C.

Debet eſſe prompta, humilis, integra, &c. P.3.c.1.§.23.& P.4.c.10.§.5.& P.6.c.1.§.1.
Obedientia litteræ inchoatæ. P.4.c.10.§.9.& P.6.c.1.§.1. obediētia cœca, vt cadaueris, vel baculi. P.6.c.1.§.1. In omnibus rebus etiam non obligantibus. Ibid. §.1. niſi præcipiatur peccatum manifeſtum. P.3.c.1.§.23.& P.6.c.1.§.1.& B.
Præſtāda etiam officialibus ſubordinatis. Ex.c.4.§.31.& P.3.c.1.§.24.& P.4.c.10.§.8. etiam coquo. Ex.c.4.§.29. etiam infirmarijs, & medicis. §.32.
Præſtanda eſt Superiori cū reuerentia, & amore. P.3.c.1.§.23.& P.6.c.1.§.1. Neque conſiderādum cui obeditur, ſed propter quem. Ex.c.4.§.29.& P.3.c.1.§.24. Vide Superiores.
Obedientiæ exemplo maxime prælucere debent Primores Societatis. P.8.c.1.§.3.& qui alijs præſunt. P.4.c.10.§.8.
Subordinatio in obediētia diligenter ſeruanda. P.2.c.1.§.vlti.& P.8.c.1.§.4.& E.& P.10.§.9. Poteſt tamen Prouincialis, & Generalis aliquem ſibi immediate ſubdere. P.8.cap.1.E.
Superiores poſſunt obligare ad peccatum in virtute obediētiæ, quando id multum conueniat. P.6.c.5.
Obedientia Pontificis. Vide Pontifex.

*Obligationes.*

Non ſunt recipiendæ obligationes contra ſinceritatem inſtituti noſtri. P.4.c.7.§.vltimo.
Obligationes lectionū ſuſcipi poſſunt in Collegijs. P.4.c.2.B.& c.7.E.& c.11.A. Eas autem diiudicare pertinet ad Generalem. P.4.c.2.B.& P.9.c.3.§.17.
Non poteſt ſuſcipi obligatio dandi Concionatoris, aut Confeſſarij, aut Lectoris Theologiæ, niſi ex conſequenti. P.4.c.7.§.vlti.& E. Neque ad miſſas celebrandas. P.4.c.2.§.4. Quæ videatur cōmenſurata redditui. Ibid. B.
Obligationes ſuſceptæ implendæ ſunt. P.4.c.11.A. præter eas nihil facile præſtandum ſine Generalis conſenſu. Ibid.

*Ocium.*

Ocium ſemper fugandum

aliqua

aliqua occupatione. P.3. c.1.§.6.eaque cura ad Rectorem pertinet. P.4.c.10. §.6.

*Officia diuina.*

Officijs diuinis iuuatur proximus.P.7.c.4.§.4.
Diuinum officiũ priuatim dicendum non in choro. P.6.c.3.§.4.
Scholaſtici noſtri debent dicere officium Beatæ Virginis, niſi à Superiore mutetur in orationem mentalẽ. P.4.c.4.§.3.& B.
Officia veſpertina, & tenebrarum poſſunt dici, ſed ſine cantu.P.6.c.3.B.& eodem tono etiam officium mortuorum prò noſtris.P. 6.c.4. C.

*Officia Societatis.*

Ea diſtribuere pertinet ad Generalem.P.9.c.3.§.3. & 9. Poteſt tamen etiam per ſuos miniſtros.Ibid.H.
Omnes parati eſſe debent ad omnia officia. P.3. c.2. F.ad humilia etiam libentius Ex.c.4. §.28. & P.3.c. 1.§.22.
Poteſt vnus plura ſuſtinere. P.4.c.10.G.
Officiales debẽt eligi apti. P.4.c. 10.§.6. ſpectato cuiuſq; talento. P.9. c.3.§.9.
Debent habere ſuas regulas. P.7.c.4.§.vlt.& P.4.c. 10.§.6.
Non debet vnus ingerere ſe in officium alterius. P. 4.c.10. §.6.
Officia operoſa non debẽt dari occupatis. P.4. c. 10. E. Laborioſa vero danda firmioribus. P.3.c.2. F. Et in quibus experientia requiritur, non ſunt facile mutandi.P.4.c.10.E.

*Opera pietatis.*

Opera corporalia, in quibus miſericordia,& charitas exercetur, nõ ſunt extra inſtitutum Societatis. P.7.cap. 2. E. ſunt tamen minoris momenti, quàm ſpiritualia ibi. & ideo ijs inſiſtendum eſt quatenus ſpiritualia permittent. c. 4.§.9.
Generalis poteſt interdum aliqua pia opera ad Societatem non pertinentia ſuſcipere. P.9.c.6.B.

*Opiniones.*

Opiniones nouæ admittendæ non ſunt. P.3.c.1.O. in reliquis etiam conformitas inter noſtros tenenda. Ibid. & §. 18. & P.4. c. 14. §.vlti.

§ vlti. & P.8. c.1. §.8. & K. Et in ijs omnibus ſtandum definitioni Societatis. P. 3.c.1.O.

Qui examinatur ad Societatẽ interrogandus eſt de opinionibus particularibus. Ex.c.3.§.11.

Vide etiam Doctrina.

*Oratio.*

Orationis tempus vnius horæ eſſe debet. P.4.c.4.B. an autem vocalis eſſe debeat, an mentalis, in particularibus iudicet Superior. Ibidem.

Inexpertis proponenda capita orationis. P.4. c.4. B.

Profeſſis, & Coadiutoribus formatis nulla videtur regula præſcribenda. P.6.c. 3.§.1. niſi aliud iudicet Superior. Ibid. A.

Generalis debet habere familiarem orationem. P.9. c.2.§.1. & c.6. A.

Orandum pro proximis. P. 2.c.3.§.7. & P.7.c.4.§.3. In particulari autem pro benefactoribus. P.4. c.1.§.4. Pro Principibus, & Prælatis, qui multum prodeſſe, vel obeſſe poſſunt. P.7.c.4. A. Pro male affectis in nos Par. 10. B. Pro augmento Societatis. Par.9.cap.6. A. & Par. 10. §. 1. Item pro Miſſionibus. P.7.c. 2.§.1. Pro electione Generalis. P.8. c.5. §.3. & c.6.§. 1. & pro Congregatione futura. P.8.c.7.§.1.

Oratio, pro declamatione. Vide Declamatio.

*Ordinationes.*

Ordinationes quædam particulares neceſſariæ ſunt præter Cõſtitutiones. Prohœm. Decla.

Ordinationes Congregationis Generalis, quę promulgandæ. P.8.c.7.C.

Ordinationes Societatis nõ obligant ad peccatum. P. 6.c.5.

*Ordines ſacri.*

Non debent ad eos promoueri Coadiutores temporales. Ex.c.6.§.1. In Scholaſticis differendi circa finem ſtudiorum. P.4.c.6.C.

Qui examinatur ad Societatẽ interrogandus eſt, an habeat aliquos ordines. Exa.c.3.§.9.

*Parentes.*

AFfectus carnalis parẽtum mutandus in ſpiritualem. Ex. c.4.§.7.

Parentum neceſsitas extrema,

ma, & præſens impedit ingreſſum in Societatem. Ex.c.3.B.

Non debent diſtribui bona parentibus, niſi ipſi egeāt. Exa. c.4. §.2.& 3. In dubio ſtandum eſt iudicio aliorum. Ex.c.3. §.3.& c.4.§.3.

*Paſcha.*

In Paſchate quibus communio dari poſſit. P.7.c.4. D.

*Paßiones.*

Paſſiones indomabiles sūt impedimentum ad Societatem ex ſecundarijs. P.1. c.3.§.9.

*Paupertas.*

Diligenda vt mater. P.3.c.1. §.25. Eſt propugnaculum religionum. P.10.§.5. Murus. P.6.c.2.§.1. & Profeſſi voueant nunquam eam relaxare. Ibid.

Paupertas toti Societati cōmunis in hoc conſiſtit, vt nemo vlla re tanquā propria vtatur. P. 3. c 1.§.7.& nihil accipere, vel dare poſſit ex ijs, quæ domi sūt. §. 8. & omnes viliſſimis quibuſque contenti ſint. Exam.c.4. §. 26. & non ſolum reſecent ſuperflua. P. 6. c.2. §. 11. ſed etiam aliquando aliquos eius effectus experiantur. P.3. c.1. §.25. In eoque Superiores ſubditos nōnunquam probent. Ibid. V. Sic tamen, ne deſint neceſſaria. P. 3.c. 2. §. 3. Præterea vt nulla ſtipendia pro ſpiritualibus accipiantur. Par.10.§.5. ac ne eleemoſyna quidem. Exa. cap.1. §.3. & Par.6.c. 2. §. 7.

Domus, & Eccleſiæ profeſſæ non poſſunt habere red ditus vllos. Exa. c. 1. §. 3. neque ius ad vllam rem ſtabilem, præter habitationem, ſed tantum ad res mobiles. P. 6. c.2. E. Et ſi quid ſtabile eis relinquatur, debet quamprimum vendi. Ibid. Præterea nihil ex Collegijs habere poſſunt. Par.4. c.10. §.1. Vide Profeſſi.

Quomodo relinqui eis poſſit certus redditus pro fabrica. P. 6.c.2. B.& poſſint habere vineas. Ibid. F. vel eleemoſynas perpetuas. P. 6.c.2.§.6.

Qui non ſunt Profeſſi, vel Coadiutores formati, poſſunt retinere proprietatē bonorum, etiam poſt votū paupertatis. P.4. c.4. E. & Par. 6. c.2. H. Nihil tamen

habere penes ſe, vel penes externos. Ex. C.4. §.4. & P.6.c.2.§.11.

*Peregrinatio.*

Vnum ex experimentis eſt peregrinari per menſẽ ſine pecunia. Exa.c.4.§.12. poteſt tamen compenſari per aliud.Ibid.

*Perſectio.*

Perfectionem omni ſtudio quiſq; in ſe procurare debet. P.6.cap.1.§.1.& p.10. §.2.

Ad eam ſe inuicem omnes exhortari debent.P.3.c.1. §.21.Potiſsima ad eam via eſt ſui abnegatio. Ex. c. 4. §.vltimo.

*Philoſophia.*

Philoſophiæ tàm naturali, quàm morali danda à noſtris opera.P.4.c.5.§.1. & quidem ante Theologiam. P.4.c.6.§.4.ei tres anni dã di ſunt, & præterea dimidius ad repetendum. P.4. c.15.§.2.& B.

In vtraque Philoſophia ſequendus Ariſtoteles. P.4. c.14.§.3.

Poteſt doceri ab eo, qui nõ audiuit Theologiam. P. 4. c.9.§.2.

*Pænitentiæ.*

Ordinarias pænitentias nõ habet Societas ex obligatione.Exa.c.1.§.6.

Generalis poteſt iniungere pænitentias.P.9. c.3.§.11. Item Superior,etiam propter defectus non culpabiles.P.3.c.1.§.15.

Publicis defectibus debentur publicæ pœnitentiæ. P.3.c.1.N.

In pænitentijs iniungendis reſpiciẽda diſpoſitio perſonarum. P.3. c.1.§.15.

Debet quiſque paratus eſſe ad omnes ſubeundas pænitẽtias.Ex.c.4.§.33. & quidem cum magna humilitate.§. 41. Et cũ animo proficiendi. P.3.c.1.§.15. Imò aliquoties in anno ſponte petendæ.Ibid.§.28.

Pænitentiæ corporales non debent eſſe indiſcretæ. P. 3.c.2.§.5.neque contra nimis remiſſæ. P.6. c.3.§.1.

Debent approbari à confeſſario, vel Superiore. Ex.c. 1.§.6.& C.P.3.c.1.§ 12. & cap. 2.§.5.& eius arbitrio ſtãdum.P.4.c.6.A. poſſunt etiã imponi à Superioribus.Ex.c.1.§.6.& C.

*Pontifex.*

Societatis ſcopus eſt prę̈ſto

eſſe ad omnes miſsiones Pontificis.Ex.c.4. §. 35. & P. 4.prohem.A.

Hanc obedientiam promittit Societas per quartum votum. Ex.c.1.§.5.& P. 5. c. 3.C.& P.7. c.1. in fine. Eſt autem hoc votum generale ad omnes terras,& locos.P.7. c.1.B.& Societas quantum ad Miſsiones ſubiecit Pontifici omnem ſenſum.P.7.c.1.§.2.

Debet hoc votum nouo Pōtifici electo intra annum declarari à Generali. P.7. c.1.§.8.

Pontificiæ Miſsiones. Vide Miſsiones.

Pontificis beneuolentia in primis quærenda. P. 10.B.

Nullus poteſt à Pontifice vllam gratiā petere, niſi Superiore conſulto. P.6.c.1. §.vltimo.

*Præceptores.*

Debent eſſe docti, & diligētes.P.4.c.6.§.6.& diſcipulorum cuiuſque in particulari profectum curare. c.13.§.3.

Poſſunt duplicari, vel dari adiutores. P.4.c.13.B. vel etiam aſciſci externi, ſi neceſsitas vrgeret.Ibid.

Poſſunt eſſe aliqui extraordinarij,qui legant cum apparatu.P.4.c.13.C.

Pro re nata debent inter legendum impellere ad pietatem. P.4.c.8.A.& c.16.§. 1.& 4.

Nihil debent legere quod repugnet honeſtati. P.4.c. 5. E. neque auctorem malum,ſi ſit Chriſtianus. P.4. c.5.E.& c.14.A.

Ante initium lectionis orationem præmittere debēt. P.4.c. 16. §.4. vel ſaltē ſignum Crucis. Ibid. C.

Debent inter ſe diſputare, ſed modeſte. P.4.c.13.§.3.

Non poſſunt quicquam accipere à Scholaſticis. P.4. c.15.§.4.

Vide etiam Lectores.

*Principes.*

Vtile eſt iuuare in ſpiritu Principes. P.7. c.2. D.§.4. & c. 4. A. eorum beneuolentia procuranda. P. 10. B.pro eis orandum. P.7.c. 4.A.

Non debent communiter viſitari, neque ijs munera dari.P.6.c.2.§.9.

Eorum ratio habenda in diſtributione bonorum. P.3. c.1.§.9.

Non ſunt à noſtris incitandi, vt alicuius particularis

ris Miſſionem petant, niſi conſtet de Superiorum voluntate.P.7. c.2.K.

*Probatio prima.*

Probatio prima fit vt quiſque melius Societatem,& Societas eum cognoſcat. Ex.c.1.§.13.& P.1. c.4 §.1.
Ad eam quæ habitatio deputanda. P.1. c.4.§.1.in ea hoſpitũ more verſari debent. Ibid. & Ex.c. 1.§.13. neque conuerſari cũ alijs etiam domeſticis. Exa.c.1. H.niſi particulariter ad id deſignentur.P. 1. c. 4. §.4.
Ibi videre debent Examen, & Regulas;habere lectionem. P.1.c.4.§.5.& præterea exhortationem. Exa. c.5.§.6. Debent ſcribi res, quæ importantur. Exa. c. 4. §.4. & P.1.c.4.§.6.
De Confeſſione autem generali,vide Confeſſio.
Durare debet duodecimdies,& amplius, quantũ Superiori videatur. Exam. c.1.H.& P.1.c.4.§.1.
Ad eam non ſunt admittendi,qui non habent propoſitum viuendi in Societate. P.1.c.4. §.3. Poſſunt tamen, vt hoſpites ad triduum.Ibid.B.
Facilior eſt ex ea dimiſſio. Par.2.cap.1.A.

*Probatio ſecunda.*

Ad eam non debet quis admitti,niſi valde notus.P.1. c.4.§.1.
In ea iacitur fundamentum propriæ abnegationis, & veræ virtutis.P. 4. in prohœm.
Debet durare bienniũ. Ex. c.1.§.12.& c.4.§.16. immo poteſt adhuc prorogari. Ex.c.1.§.12. & c.4.§.43.
In ea vacandum mortificationibus, & pœnitentijs. Exa.c.4.§.41.& ſex præcipuis experimentis. Exa.c. 4.§.9.
Vide Nouitij.
Domus probationis ſunt quaſi membra Collegiorum.Exa.c.1. B. & poſſunt habere redditus.Ex. c.1.§. 4.& P.6.c.2.A.

*Varia de probationibus.*

Probationes neceſſariæ sũt ante admiſſionem ad profeſſionem, & vota Coadiutorum formatorũ.Exa. c.1. §.8. & P.5. c.2. §.1. & P.10.§.7.
Scholaſtici poſt ſtudia vno ſaltem anno adhuc probãdi.Ex.c.1.§.12.& c.4.§.16. & 43.& cap.6. §.8. & P.5. c.1.

c.1.§.3. Eo autem tempore quid facere debeant. Par. 5.c.2.§.1.

Scholaſtici poſt vota emiſſa dicuntur eſſe in probatione quantum ad gradus Superiores. Par. 4. c. 4. E.

Redeuntes probandi ſunt experimentis, quibus Superior iudicauerit. P.2. c. 4.§.vlti. præſertim ſi dubitetur de cõſtantia. Ibid. D. ea autem probatio poteſt eſſe in Xenodochio. Ibid.

*Procuratores.*

Procurator Generalis neceſſarius eſt Præpoſito Generali, & quod eius officium. P.9.c.6.§.12.

Ad Præpoſitum Generalem pertinet eum eligere. P. 9.c.3.§.16.

Non debet eſſe profeſſus, nec habitare ordinarie in Domibus profeſſis. P.9. c. 6.§.12.

Debet ali cõtributione eorum, quorũ agit negotia. P. 4.c.2.E.

Collegia, & Domus debent habere ſuos procuratores. P.6.c.3.§.7.

Procuratores Collegiorũ poſſunt intereſſe Congregationibus prouincialib⁹. Par 8. cap. 3. §. 1. Poſſunt etiam à Præpoſito Generali vocari ad Congregationem generalem. Ibidem. A.

Ex prouincijs debet mitti procurator ad Generalem tertio quoque anno, ex Indijs quarto. Par. 8. cap. 2. B.

*Profeſſi quatuor votorum.*

Profeſſi quatuor votorum ſunt primæ claſsis Societatis. Exam.cap.1. §. 8. & ſunt in Societate præcipui. Par. 5. cap. 1. A. §. 4.

Penes Societatem profeſſam eſt ſuprema Societatis cura, etiam Collegiorum. P.4. cap.10. §.1.& P. 10. §. 4.

In Profeſsis requiritur ſacerdotium. Exam. c.1. §.8. Aetas ſupra vigeſimũ quintũ annum. Par. 1. c.2.§. 12. & c.3.K. Doctrina, & virtus. Exam. c.1. §.8. & Par. 4. in prohœm. A.& Par. 5. c.3. §. 1. & Par. 10. §.7. Ea autem doctrina debet eſſe Philoſophiæ, & Theologiæ, vel iuris Canonici. Par. 5. cap. 2. B. poteſt tamen

tamen huius defectus cõpenſari alijs donis. Ibid. Oportet eſſe diuprobatos. Ex. c. 1, §.8, & c.4.§.16.& 41.& P.5.c.2.§.1.& P. 10. §. 7. Id eſt vltra biennium vt minimum. Ex.c.1, §.12. & c. 4. §. 16. Poteſt tamen hoc tẽpus prorogari. Ibi. & ex diſpenſatione contrahi.P.5.c.1.C.

Non debet eſſe magna turba Profeſſorũ.P.8.c.1.§.2.

Profeſsionem facturi mendicare debẽt triduo oſtiatim.Ex.c.4.§.27.Defendere theſes quatuor argumẽtantibus.P.5.c.2.§.2.Facere exercitia per hebdomadam, & confiteri generaliter.Ex.c. 4.§.41. reddere rationem conſcientiæ. §. 38. diſtributionem omniũ bonorum facere.Ex.c.4.§. 2. & 5.

Admittere ad Profeſsionẽ eſt ſolius Generalis. P.5. c.1. §.2.& P.9.c.3.§.1.Poteſt tamen communicare alijs hanc facultatem, ſed ordinariè non debet, niſi in Indijs.P.5.c.2.A.& P.9. c. 3. A. Ipſe autem Generalis requirere debet teſtimonium Præpoſitorum localium, vel aliorum. P. 5.c.2.§.1.

Ritus emittendi profeſsionem.P.5.c.3.§.2. quanquã ij ritus non ſunt de eſſentia.Ibid.A.

Formula profeſsionis. P.5. c.3.§.3.

Emitti debet in manib⁹ alicuius.P.5.c.3.§. 4. ideſt coram aliquo, qui poteſtatẽ habet eam admittendi. P. 5. c. 4. A. Is autem poteſt etiam eſſe externus. P.5.c. 1.B.

Profeſsio edita in ſcriptis aſſeruãda cũ nomine Profeſsi.P.5.c.3.§.4.

Profeſsi non ſunt capaces alicuius hæreditatis, nec Societas eorum nomine. P.6. c.2. §.12. Neque retinere poſſunt beneficia eccleſiaſtica.Ex.c.4.§.5.

Non habent ſtabilem habitationẽ. P.4.c.2.B. nec debent iuuari Collegiorum redditibus. Ex. c.1. §.4. & P.4. c.10. §.1.& P.6. c.2.§. 3.& D.& P.10.§.4. In quo nec Generalis quidem diſpenſare poteſt. P.4. c.2.§. 5.& P. 9. c.1. §. 18. niſi in exigua quantitate. P. 4.c. 2. F.& P. 6. c.2. D.Poſſunt tamẽ viuere in Collegijs, cum ſunt eis vtiles. P.4.c. 2.F.& P.6.c.2.C.vel ſi occupentur pro bono vniuerſali

uerſali Societatis. Ibid. Rectores autẽ Collegiorum eſſe non poſſunt, niſi ita expediat ipſis Collegijs. P. 4. c. 10. A. & P. 6. c. 2. §. 3.
Parati eſſe debẽt ad quamlibet miſſionẽm. Ex. c. 1. §. 5. & c. 4. §. 35. & ad pueros docendos. P. 5. c. 3. B.
Facta profeſſione quæ ſint emittenda vota ſimplicia. P. 6. c. 2. §. 1. & P. 10. §. 6.
Eorum confeſſio annua, & oratio, vide in ſuis titulis.
Profeſſi quicunque dimitti poſſunt. P. 2. c. 1. A. ſed à ſolo Generali. Ibid. C.

*Profeſſi trium Votorum.*

Hæc profeſſio eſt ſolennis. Ex. c. 1. D.
Quibus dari debeat. P. 5. c. 2. C. non tamen danda, niſi raro, & cum graui cauſa. Ibidem.
Quãdo poſſint intereſſe Cõgregationi generali; & quod in ea ſuffragium habeant. P. 8. c. 3. A.

*Profeſſæ Domus.*

Non poſſunt habere vllos redditus. P. 6. c. 2. B.
Non ſunt ordinarie ad litteras diſcendas, vt Collegia; ſed ad exercendas. P. 3. cap. 1. §. 27.
Non poſſunt iuuari à Collegijs. Ex. c. 1. §. 4. Quomodo autem Collegia poſſint ſupplere aliquos earum ſumptus. P. 6. c. 2. D.

*Propinqui, Vide Conſanguinei.*

*Prouinciales.*

Prępoſitos Prouinciales Generalis per ſe creat. P. 9. c. 3. §. 14. & c. 5. §. 1.
Eos oportet eſſe viros ſelectos. P. 9. c. 6. §. 2. & probatæ fidei. §. 6. & quibus proportionaliter cõueniãt dotes Generalis. I.
Poteſtas eorum tota promanat à Generali. P. 8. c. 1. §. 6. & P. 9. c. 3. §. 14. & ipſe eam reſtringere, & reuocare poteſt Ibid. §. 15. expedit tamen amplam eis concedi. P. 2. c. 1. §. 2. & P. 9. c. 6. §. 2.
Eorum officiũ maxime eſt viſitare ſubditos. P. 8. c. 1. I. & debent reſidere in loco apto ad communicandum cum eis, & cum Superiore. Ibid. §. 7.
Debent eſſe maxime ſubordinati Generali. P. 10. §. 9. & iuxta ipſius præſcriptũ ſe gerere. P. 8. c. 1. §. 4. & ei noti

noti eſſe quoad conſcientiam. P.9. c.3.§.19.& cum eo crebro communicare de rebus Prouinciæ. P. 8. c.1.§.4.& de grauioribus. P.9.c. 6.§. 6.& A.& cũ Superioribus localibus. P.9. c.6.§.2.

Debent habere ſuos Conſultores.P.9.c.6.§.vlti.

In ſua Congregatione Principali habent duo ſuffragia.P.8.c.5.§.3. Ad Generalem autem debent venire cum duobus electis; & ſi impediti ſint, alteri vices ſuas mandare. P.8.c.3. §.1.& B. In Congregatione autem in paribus ſuffragijs ipſi præcedũt. Ibi. §.2.

Iuxta Prouincialis arbitriũ Rectores in omnibus ſe gerere debent.P.4. c.10.§. 5.& P.8.c.1.§.4.eumq; monere de profectu Scholaſticorum.P.4. c.9.§.3.& ad eum mittere catalogos. P. 8.c.1.N.& quadrimeſtres. Ibid. M.Denique ei rationem gubernationis reddere.P.9.c.3.C.

Eorum tempus ordinarie eſt triẽnij: ſed poteſt prorogari, & anticipari. P.9. c.3.§.14.& I.

Quæ cura Prouincialibus competat circa Generalẽ P.9.c.5.§.1. Quomodo venire poſſunt ad Congregationẽ generalem pro deponendo Generali. P.9. c. 5.§. 4. & approbare Aſsiſtentem ſubſtitutum. Ibid. §.3.eligere, vel confirmare Vicarium Generalem.P.9. c.4.§.6.Item approbare lectorem publicum. P.4.c.6. F.& admittere ad Societatem etiam in abſentia.P. 1.c.1.B.

*Proximus.*

Societatis finis eſt non ſolũ propria,ſed & proximorũ perfectio. Exa. c.1. §.2.& P. 4.in procem. & c.7.§.3. & P.7.c.1.§.1.& c.2. D.Et ad hoc ipſa doctrina Societatis dirigitur. P.4. c.5. §.1. complectitur autẽ omnia hominum genera quantum ad ſpiritualia.P.1.c.3. §.1.& P. 4.c.8.§.8.

Ad fructum cum proximis faciendũ neceſſaria eſt gratia ſermonis. P.1. c.2.§.9. Exoptanda quoque eſt ſpecies honeſta. Ibid.§.10. Magis tamen conferunt virtutes, quàm dona naturalia. P.10.§.2.& ædificatio vitæ magis quàm verba. P.7. c. 4. §.2. & proprius profectus interior. P.5. c.2. §.1.

Iuuat

Iuuat etiam vnio noſtrorum.P.3.c.1.§.18.

Iuuantur proximi ſanctis deſiderijs, & precibus. P. 7. c.4. §.3.tum Sacramentis, & concionibus,§. 5.& 6. priuatis colloquijs. Ibid. §.8.& P.4. c.4.§. vlti. & alijs de quibus. P.4. c.8. & P.7.c.4.

Docendi noſtri quomodo cum proximis omnium generum tractent. P.4.c.8.§. 8.& P.10.§.3.

Occupationes cũ proximis magis propriæ ſunt Domuum profeſſarum.P.4.c. 8. §. 1.In Collegijs autem remittendæ propter ſtudia.P.4. c.6.§.3. ſub finem tamen ſtudiorum aliquæ aſſumendæ. P.4. c.8. §.1,& c.10. §.vlti. Rector autem debet deſignare, qui cum ijs agant.c.10.§.10.

Debẽt proximi iuuari etiã corporalibus officijs. P.7. c.2.E.& c.4.§.9.

Meritũ cum proximis ſpectatur non ex opere, ſed ex caritate.Exa c.1.§.9.

Vitanda eſt offenſio proximorum quantum poteſt.P. 6.c.3.§.vltim.

*Prudentia.*

Prudentia in Generali magis neceſſaria quàm doctrina.P.9.c.2.§.6. Pollere debent Superiores prudenti caritate.P.3.c.1.§.15.

*Quadrimeſtres.*

QVI eas ſcribere debeant, & quando, & quot exemplis. P.8.c.1.M.

*Recreatio.*

NON debent labores continuari ſine aliqua relaxatione.Par. 3. c.2. D. præſertim in æſtate ceſſandũ à prandio vna,aut duabus horis. Ibid.

Scholaſticis dandus ſaltem vnus dies in hebdomada à prandio. Par.4. c.13.F. De reliquis vacationibus ſtatuet Prouincialis. Ibid.

Profeſſi recreari poſſunt in aliquo horto Collegij. P. 6.c.2. D.

*Rectores.*

Rectores Collegiorum, & Vniuerſitatũ per ſe creat Generalis.P.4. c.17. §.1.& P.9. c.3.§.14.vel confirmat electos à Prouinciali ex commiſsione.P.4.c.17.§.1. eiuſdẽ eſt etiam eos remouere.P.4.c.10.§.3.

Ordinarie debent eſſe Coadiutores ſpirituales. P.4. c.10.§.3,et P.6.c.2.§.3.

Debent habere talentũ conueniens.P.4.c.2.§.5. & eſſe præcipui in virtutibus, & diſcretione. Par.4. c.10.§. 4.& pro proportione habere omnia,quæ requiruntur in ipſo Generali. P.9. cap. 6. I.

Eorum officium eſt Collegium velut humeris ſuſtinere.P.4.c.10.§.5. Habere curam ſuorum quoad animam, & quoad corpus. c. 4. A.& c.10. §.5. Conſeruare res temporales. c.2. §.5.& c.10.§.5. Continere in officio tam præceptores, quàm Scholaſticos. c. 6.§.9. Curare ne magiſtri accipiant vlla munera. c. 15. §. 4. Et vt regulæ ab omnibus ſeruētur. c.10.§. 5. Aſſignare ſocios. c. 4.F. Itē conſeruare amicos, & conciliare alienos. cap. 10. C.

Eorum poteſtas eſt, quantã communicabit Generalis. P.9.c.3.§. 14. & 15. Expedit autem eſſe amplam.P. 2.c.2.§.2.& B.& P.4.c.10. §. 4. Poſſunt officiales domeſticos deſignare.Ibid.§. 6.Poſſunt ordinare, & mutare horas diei c. 10. §. 9. & c. 4. D. Auditis conſiliarijs ſtatuere quod magis videtur. P.9. c.6. §. 14. Quando autem poſſint diſpenſare in regulis. Par.4. cap. 10.B.

Omnes debent ſinere ſe ab eis regi. P.8.c.1.§.4.& totam ſui diſpoſitionem eis relinquere. P.4. c.10.§.5. nihil eis clauſum tenere. Ibid.& D.

Debent intereſſe Congregationi Prouinciali.P.8.c. 3.§.1.& c.5.§.3. & habent ſuffragium ad eligendum procuratorem triennalē. c.2.B.& ad alia c.3. A. Itē ad ſubſtituendum, vel ad probandum Vicarium Generalem.P.9.c.4.§.6.

Non poſſunt contra omniũ conſultorum Vniuerſitatis ſententiam agere. P. 4. c.17. H. Nec lectores primarios, aut officiales mutare. c.17. A. Nec mutare exercitationes repetendi, & latine loquendi. C.6.K. Nec ordinem vacationum ſtatuere.c.13. F. Nec liberare Scholaſticum à publico examine.c.15.E.

Circa ſtudia eorum officiũ eſt per ſe,vel per Cancellarium examinare Scholaſticos; & ſtatuere quibus quiſque facultatibus vacare debeat, & in qua claſſe. P.4.

ſe.P.4.c.13.§.4.&c.15.§.1. Deſignare, qui theſes defendant. P.4.c.6.§.10.Et qui declamatiões habeãt. c. 16.B. Externos etiam gratis promouere. c.15.§.4.Et remouere qui operã perdunt, vel alijs nocent. c.16.§.5.

Eorum officiales ſunt Miniſter, Syndicus, Præfectus ſpiritualium.P.4.c.10.§.7. & aliqui cõſultores. Ibid. & P.9.c.6.§.vlt.In vniuerſitatibus autem Cancellarius. Par. 4. cap. 17.§.2. niſi ipſe Rector id munus ſuſtineat.Ibid.C.Syndicus generalis, & alij particulares. cap.17.§.7.Secretarius.§.3.Notarius.§.4.Decanus, & duo deſignati in quauis facultate.§.5.

Subiecti eſſe debent Generali, & Prouinciali. P.8.c.1.§.4.& ſuis præire exemplo obedientiæ. P.4.c.10.§.8.Reddere rationem officij ſui Generali. Par. 9. c.3.§.4.& Prouinciali, vel ei, quem Generalis conſtituet.P.4.c.2.§.5. & c.10.§.3.informare ſemel in anno Generalẽ, & bis Prouincialem.c.17.§.7.& curare, vt res omnes eis perſpectæ ſint. Ibid. A.

Debent intra annum per quadraginta dies tradere doctrinam Chriſtianã, niſi aliquod ſit impedimentũ. P.4.c.10.§.10.&K.

## *Regulæ.*

Prima, & ſumma regula omnis bonæ voluntatis, & iudicij eſt Deus.P.3.c.1.§.23.

Præter Conſtitutiones ſunt etiam neceſſariæ Regulæ Prohœm. Decla. Hæ autẽ ad particularia deſcendere debent.P.4.c.7.§.2.

Debent eſſe aliquæ Regulæ officialium domeſticorũ. P.4.c.10.§.6. & P.7.c.4.§. vlti. Item Prouincialium. P.9.c.6.I. Item Collegiorum, vide Collegia.

Profeſsi, & Coadiutores formati quomodo ad Regulas teneantur. Par. 6.c.3.§.3.

Regulæ ſæpius in biennio Nouitiatus conſiderandæ ſunt.Ex. c.1.§.13. Deinde etiam ſæpius audiẽdæ, aut legendæ.p.3.c.1.§.vlt.ideſt ſingulis menſibus P.10.§. vlti.ſingulis autem hebdomadis, quæ ad ſingulos pertinent. P.4. c.10. F.

Earũ tranſgreſſio non obligat ad peccatum. P.6. c.5. Eſt tamen pœnitentijs punien-

nienda, eæque vltro aliquando petendæ. P. 3.c.1. §.vltim.

*Religio.*

Licet mouere alios ad religionem.Ex.c.3.§. 14. Qui tamẽ à noſtris motus eſſet, quãdo differri deberet.Ibi.

Non licet noſtris poſt vota emiſſa aliam religionẽ ingredi.Exa.c.4.§.42.

Qui ſemel ſumpſerit habitum alterius religionis,nõ debet recipi in Societatẽ. Ex.c.2.§.3.& P.1.c.3. §.5. Immo nec reducendus,ſi à Societate diſceſſerat. P. 2. cap.4.B.

*Repetitiones.*

Repetitiones lectionũ quomodo faciendæ. P. 4. c. 6. H.& c.13.D.

Poſſunt mutari à Rectore cum licentia ſui Superioris.P.4.c.6.k.

Repetenda priuatim facultas,quam quiſque audiuit. P.4.c.6.§.16. Philoſophia quidem dimidio anno. c. 15.§.2.Theologia duobus. c.15.§.3.

*Reprehenſio.*

Quomodo fieri debeat.P.3. c.1. N. ita vt ipſe, qui reprehenditur, agnoſcat caritatem.P.9.c.2.§.4.

Ad Generalem pertinet iuuare omnes, etiam Superiores reprehenſione.P.9. cap. 6. §.2.

Omnes parati eſſe debent reprehendi, & reprehendere, ſi Superior iubeat. Exa.c.4.§.8.

*Reſignatio.*

Vide, abnegatio.

*Rhetorica.*

Numeratur inter litteras humaniores.P.4.c.5. A. & c. 12. A.

Ei vt plurimũ anni duo impendendi. P.4. c.15. A.& cum ea diſci poteſt lingua Græca, & Hebraica. Ibid. & P.4.c.13.B.

*Roma.*

Romæ ordinarie debet fieri Congregatio generalis. P.8.c.5.§.1.

Romæ vt plurimũ reſidere debet Generalis. P.8.c.1. §. 7. & c. 5. §. 1. vel certe prope Romam. P.8.c.1.H.

Ibidem reſidebit Procurator generalis. Par. 9. cap. 6.§.12.

Romani Collegij Regulæ poſſunt alijs accommodari.P.4.c.7.C.

*Sacerdotes.*

NOn debent differre celebrationem Miſſæ vltra octo dies. P.6. c.3. §.2.
Immo ſæpius celebrare debent. Ex.c.4.§.25. Confiteri autem vt minimũ ſingulis hebdomadis. Ibidem.
Intra annum debẽt aliquoties obire officia Coadiutorum. P.3.c.1. §.19.
Nouitij Sacerdotes quid facere debeant. Exa.c.5.§.7.
In Scholaſticis differendum Sacerdotium circa finem ſtudiorum. P.4.c.6.C.
Deformitas corporis obſtare ſolet ſacerdotio. P.1. c.3.I.

*Sacramenta.*

Sacramẽtorum adminiſtratione iuuatur proximus. P.7.c.4.§.5. eorũ frequentatio valde commendanda. Par.4.c.8.§.4.& Par.6. c.3.§.2.
Diſcendus eſt modus ea miniſtrandi. P.4.c.8.§.4.

*Sacriſtia.*

Inter alios officiales numeratur etiam Sacriſta. P.4. cap.10.H. requirit bonas corporis vires. Par.3.cap. 2.F.
Sacriſtia Domorum profeſſarum non poteſt habere redditus. P.6.c.2.§.2.

*Sanitas.*

Bona valetudo particulariũ confert ad Societatis conſeruationem. Par.10.§.13.
Sanitas eſt Dei donum. P.3. c.1.§.17.
Eius ratio ab omnibus moderate habenda. Par. 3. c. 2.§.1.
Curanda eſt à Rectore in ſubditis. P.4.c.10. §.5.& à Præfecto ſanitatis. Par. 3. cap.2.§.6.
Ad ſanitatem conſeruandã non debẽt acceptari Collegia, niſi in cœlo ſalubri Par.10.C.

*Scholaſtici noſtri quantum ad ſtatum.*

Vt quis fiat Scholaſticus approbatus, requiritur bonũ ingenium. Ex.c.1.§.10. Ita vt ſperetur fructus in litteris. P.5.c.2.§.5. Requiritur etiam ſanitas corporis. P. 4.c.3.§.2.
Non facile approbandi. P. 10.§.7. ſed ſelecti tantum. P. 8. c. 1. §.2. & idonei ad inſtitutum. P.9. c.3.§.1.
Debent prius duos annos pro-

probationis peregiſſe. P. 4.c.3.§.3.& P.5.c.4.§.3.Poteſt tamen ex diſpenſatione Generalis cõtrahi hoc tempus. P.5. c.1. C. poteſt etiam prorogari. Exam.c. 4.§.43.

Debent prius facere exercitia, confeſſionem generalem,& alia.Ex.c.4.§.41. & ſi Superiori videtur, per triduum mendicare. §.27.

Vt ſint approbati, oportet eos feciſſe tria vota. P. 5. cap.4.§.3.

Eorum vota ſunt ſimplicia. Exam. c.1. §. 10.& 12. & cap. 4. §. 41. & in nullius manibus emittuntur, ſed ſoli Deo.P.5.c.4.D.

In ijs votis ineſt tacita cõditio,ſi Societas eos tenere volet·P.5.c.4.D.

Prȩter vota faciũt etiã promiſsionem ingrediẽdi Societatẽ.Ex.c.1.§.10.& vlt. & c.7.§.1.& Par.4.c.3.§.4. Hic autem ingreſſus intelligitur per ſtatũ Profeſſorum, vel Coadiutorũ. Ex. c.7.§.1.& P.5.c.1.A.§.3.& c. 4. E. Vota tamen ſtatim obligant.P.4. c.4. E.

Poſt votũ paupertatis poſſunt retinere dominium ſuorum bonorum, conſcio tamen Superiore. P. 6. cap.2. H. idque ad tempus, quod Superiori videbitur. Ibidem. Par. 4. cap. 4. E.

Dicũtur eſſe de corpore Societatis. P.2.c.3. A.§.3.& P.5.c.1.§.1. & A.

Non tamen admittuntur ad Congregationes generales.P.8.c.3.§.1.

Dimitti poſſunt ex cauſa,& tũc ſuis votis ſoluti ſunt. Exa.c.7. §.1. difficilius tamẽ,quàm Nouitij. P.2.c.1. A. Qui vero facultatẽ eos dimittendi habeant. P. 2. c.1.C.

Poſſunt mitti ad ſtudia ante biennium,& probationes. P.4.c.3.§.4.

Eorũ veſtitus paulo decentior, & cõmodior eſſe poteſt.P.3.c.2.C.

Poſſunt probari etiam tempore ſtudiorum, vel ijs finitis per experimenta.Ex. c.4.§.16.& c.7.§.6.

## *Quantum ad ſtudia.*

Vt ad ſtudia admittantur oportet eos præbuiſſe bonum ſui ſpecimen. P.4. in prohœm.

Debent ſinere ſe regi circa ſtudia.Ex.c.7.§.3.

Debent ſtrenue vacare ſtudijs.

dijs.P.4.c.4.§.2.& c.6.§.2. cauendo tamen ne feruore ſtudiorũ tepeſcat ſpiritus. c.4.§.2. Et ideo Rector ab vtroq; extremo continere eos debet.c.6.§.15.

Quanto tempore,& quomo do orationem facere debeant.c.4.B.

Debent in ſtudendo habere rationem ſanitatis.c.4.§.1.

Ad profectum ſtudiorũ,quæ adiuuent.c.6.§.1.& ſeq.

Vt vni ſciẽtiæ magis quàm alteri applicentur,iudicari debet ex captu,vel inclinatione eorum, vel ex cõmuni bono.c.5. C.

Qui nihil proficiũt amouẽdi ſunt à ſtudijs. c. 9. §. 1. &,ſi etiam ad alia inutiles fuerint, dimittendi.c.6.N. Præſertim ſi inclinationẽ oſtenderint ad ſtudia. Ex. c.7.§.2.ſi tamen ad alia miniſteria apti fuerint, poſſunt ijs applicari. Par. 4. cap.6.N.

Sub finem ſtudiorũ, poſſunt ordinari.c.6.C.& aſſueſcere debent ad tractandũ cũ proximis. c.8. §.1.& c.10. §. vltim.

Studijs abſolutis examinandi ſunt de profectu.c.6. L. & etiã de vocatione, & reliquis.Ex.c.7.§.7.& 8.

Subleuãdi ſunt in miniſterijs proximorum. P.4.c.5. D.& c.6. C. & Par.6.c.2. C.& in laboribus domeſticis. Par.1.c.2. A.& Par. 4.c.6. B. & C.

Poſſunt tamen aliqua hora ipſi iuuare. c.6. B.& c.10. H.Vide, Studia.

### *Scholaſtici externi.*

Scholæ publicæ aperiũtur ad vtilitatem externorũ. P.4.c.7.§.1.& c.11.§.1.

Cum admittuntur ad ſcholas, exigenda promiſsio obediendi. P. 4. c. 17. §.3. non tamen excludendi, ſi nolint promittere.Ibi. D. Examinandi, & ad idoneam claſſem mittendi. c. 13.§.4.Non tamẽ cogendi. E. inſcribẽdi etiam matriculæ ſi velint.c. 17. D.

De eorũ repetionib⁹, diſputationibus, declamationibus.c.13.§.3.

Curandum,vt informentur moribus Chriſtianis. c.7. §.2. vt referãt ſtudia ad honorem Dei c.16.§. 4.Abſtineant à iuramẽtis,& iniurijs.Ibid. Audiãt quotidie Miſſam; diebus feſtis concionem; ſingulis menſibus cõfiteãtur,c.7.§.2.& c. 16. §.1. Diſcãt doctrinã Chriſtianam

ſtianam.c.7.§.2.& c.16.§.2.
Curanda eis aliqua priuilegia c.11.C.
Neceſſaria eſt correctio,ſed per externum. c.7. §.2. & D.& c. 16. §. 5. Debet tamen fieri in ſpiritu lenitatis.c.16.D.
Scãdaloſi, & rebelles remouẽdi à ſcholis c.16. §.5.immo etiam ciuitate pellendi per Magiſtratus, vel in carcerem conijciendi. c. 11. B.

*Scribere.*

Scriptor in Collegio teneri poteſt ex noſtris. P.4.c. 10.H.
Quomodo ſcribendũ ſit in ſchola. P. 4. c.6.I.
Scriptorũ ſumma facienda, & index. P.4. c.6. §.16. & O.& ſcripta in compendio magis apta cap.8.B.& D.F.G.
In libris ſcribere non licet.P.4.c.6.G.
Scribere litteras vide, Litteræ.
Scribere libros, vide Libri

*Scriptura ſacra.*

Sacra ſcriptura diligenter pertractanda eſt. Par. 4.c. 12.§.1.
Poteſt addiſci vna cũ ſcholaſtica, vel poſt eam. P.4.c. 6. §. 4.
Concionatores debẽt eam vidiſſe.P.4.c.8.B.
Sequenda eſt à noſtris eius verſio approbata ab Eccleſia.c.6.§.5.

*Scrupuli.*

In omnibus ſcrupulis quomodo acquieſcere debeamus. Exa.c.3.§.12.

*Secretarius.*

Secretarius Vniuerſitatum debet eſſe ex Societate,& quod eius officium. Par. 4. c. 17. §. 3.
Secretarius electionis creatur in quatriduo ante electionem Generalis. P. 8.c. 6. D. & quod eius officiũ. c.6.§.6.
Secretarius Congregationis generalis poſt electionem ſcribit in libro decreta.P.8.c.7.§.vltim.& curat plura exempla fieri ſententiarum.Ibid.B.
Secretarius Præpoſiti Generalis, qui dicitur etiã Societatis, eligitur à Generali.P.9.c.3.§.16. Debet ei eſſe pro memoria, & manibus,eiuſq; perſonã induere. P.9.c.6 §.8. Debet cõficere ſummarium ex litteris,

-ris,& informationibus. E.
Poteſt ſubſcribere litteras ex cõmiſſione.Ibid. Quales debeant eſſe eius dotes.c. 6.§.8.& 9.

*Senſus.*

Senſuum cuſtodia commendatur.P.3.c.1.§.4.
Officia,à quibus ſenſus abhorret, promptius ſubeunda.Ex.c.4.§.28. Et quæ repugnãt ſenſui propter obedientiam exequenda. P.3. c.1.§.23.

*Sepultura.*

Corpus mortui tenendum vno die antequàm ſepeliatur,niſi odor vrgeat. P. 6. c.4.§.3.& B.officiũ autẽ funebre, quomodo dicendũ. Ibid.C.

*Silentium.*

Silentium tenendum quando conuenit. Par.3. cap.1. §. 4.

*Societas Ieſu.*

Ita appellata eſt à Pontificibus. Ex.c.1.§.1.
Quoties cõfirmata fuerit à ſummis Pontificibus. Exa. c.1.§.1.
Sæpe vocatur minima.Exa. c.1.§.1.& Prohœ.Conſt.§. 1.& Par. 7.c.4. §.3. & eius profeſsio minima P.4.c.1. §. vlti. & humilis, ac ſummiſsa.P.10.§.6.
A Deo eſt inchoata,& ideo nõ medijs humanis,ſed diuinis conſeruanda. Prohœm. Conſtitut. §. 1.& P. 10. §. 1.
Curandum vt augeatur numero.P.1.c.1. C. & P.2. c. 1.§.1.
Orandũ pro eius conſeruatione, & augmento. P.10. §.1.præſertim à Generali. P.9.c.6.A.

*Socij.*

Domo egrediẽtibus dãdus à Superiore ſocius. P.3. c. 1. §. 3. & quidem talis, vt vterque alterius opera proficiat. P.4.c.4.F. & idẽ de Socijs Nouitiorum in cubiculis.P.3.c.1.D.
De ſocijs Miſsionum, vide Miſſio.

*Somnus.*

Dandum eſt ſomno tempus neceſſariũ. P.4.c.4.§.1. ideſt intra ſex, & ſeptem horas.P.3. c.2. E. Et omnino ſecundũ præſcriptum medici.P.6.c.2.§.vlti.
Seruãdus in ſomno ordo tẽ-

poris.

poris.P.3.c.2.B.&P.4.c.10.§.9.
Dandum ad ſomnum ſignũ campana.P.4.c.10.I.
Non eſt dormiendum ſine induſijs.P.3.c.2.E.

*Status.*

Receptus in aliquo ſtatu Societatis non debet curare, vt mutetur. Exa.c.6.§.5.& P.5.c.4.§.5.Poteſt tamen proponere.Ibid. F.& Exa. c.8.A.

*Studia.*

Studiorum labor debet ex obedientia, & caritate ſuſcipi.P.4.c.6.§.2.
Studiorum fundamentũ eſt abnegatio,& aliæ virtutes P.4.Prohœ.§.1.Item requiritur animæ puritas,& recta intentio.P.4.c.6.§.1.
Eorũ finis eſt proximos iuuare.P.4.c.12.§.1. Eorum qualitas,& menſura ſumitur ex vtilitate proximi. c.5.§.1.ſpectanda etiã animi propenſio.Ibi.C.
Nihil Deo gratius ſuo tempore.Par.4.cap.4.§.2.& c.6.§.2.
Impediméta omnia ſtudiorum remouenda.P.4.c.2.§.4.& cap.4.§.2.& cap.6.§.3.
In ſtudijs quis ordo ſeruandus.P.4.c.13.§.2.
Vide Scholaſtici quantũ ad ſtudia.

*Subminiſter.*

Numeratur inter officiales ſubordinatos.Ex.c.4.E.

*Suffragium.*

Suffragium ad decernendũ aliquid in Congregatione generali nõ poteſt mitti in ſcriptis.P.8.c.3.C.ad quędã tamen alia poteſt, vt ad diſſoluendum Collegium. P.4.c.2.A.vel ad eligendũ Vicarium Generalis. P.9. c.4.§.6.
Quis ordo, & ritus ſeruandus ſit in ferendis ſuffragijs pro eligẽdo Generali.P.8.c.6.§.6.& C.D.F.
Non licet in electione Generalis mutare ſuffragiũ. P.8.c.6.§.8.
Suffragij iure priuantur cõuicti de ambitu. P.8.c.6. §.2.& A.

*Superiores quantũ ad ipſos.*

Superiores debent habere amorẽ Dei. P.8.c.1.§.8.& obedientiæ exẽplo pręire. P.4.c.10.§.8. In officijs humilibus aliquando ſe exercere.P.3.c.1.§.19.

Eſt etiã in ijs neceſſaria doctrina. Par.4. c. 10. §.4. & præſertim in Generali. P. 9.c.2.§.6.
Ex ijs,quæ in Generali requiruntur, ſumere debent omnes,quæ ſibi conueniãt P.9.c. 6.I.
Multa eis poteſtas concedẽda,Generali primũ. P. 10. §. 8. Deinde etiam immediatis.P.2.c.1.§.2.& P. 4.c. 10.§.4.
Debent cõpati ſubditis, & tamen eos corrigere. P.9. c.2.§.4.& in quibuſdã indulgere.P.8.c.1. G. quædã etiam relinquere arbitrio ſubditorum.Ibid.
Eorum gubernatio debet præſeferre amorẽ,& curã ſubditorum.P.8.c. 1. G.
Debent aliquando exercere ſubditos in obedientia, & paupertate. P. 3. c.1.V.
Debent vitæ neceſſaria pro cuiuſq; indigentia prouidere.P.6.c.2.N.
Poſſunt iubere in virtute Obedientiæ, & obligare ad peccatum.P.6.c.5.
Superiores facile pati poſſunt calũniam. P.9. c.4. E.
Cum Superioribus magis Deus cõcurrit,propter ipſorum officium. P.8. c. 3. §.vltim.
Quales Superiores,tales ferè ſubditi.P.10.§.8.

*Superiores quantum ad ſubditos.*

In Superiore nó homo, ſed Chriſtus ſpectari debet.P. 3.c.1.§. 23. & 24.& P.6. c. 1.§.1.eiuſq; vox, vt Dei accipienda.Ex.c 4.§.30.& in ipſo Chriſtus reuerendus. P.6.c.1.§.2.& Chriſti loco habendus. P. 4.c.4. §. 3. & P.8.c.1.D.§.3.quia Chriſti vices gerit. P.5. c.4.§.5.& Dei loco nobis præeſt. P. 7 c.1. §.1. & eſt interpres Diuinæ volũtatis.P.7.c.2. A.& per ipſum à Dei prouidentia regimur.P.6.cap. 1.§ 1.
Superiores diligendi ſunt ex animo,vt patres.Par.6. cap.1.§.2.
Eis patefaciendi omnes defectus, virtutes, inclinationes.Ex.c.4.§.35. & P.3. c.1.§.12.& P.4.c.10.§.5.& P.6.c.1.§.2. & denique tota conſcientia in confeſſione,vel ſecreto.Par. 4.c. 10.§.5.& P.6.c.1.§.2.
Debemus eſſe contenti, vt defectus noſtri ad eos deferantur.Exa.c.4.§.8.
Licet eis proponere quæ occur-

occurrunt. P.5.c.4.F.& P. 7. cap. 2. I. præſertim ſi ſe conſtanter offerant vt bona. Exa.c.8. A. ſed ſemper ſtandum iudicio illorum. Ibid. Prius etiam orandũ, nec poſtea vrgendum. P. 3.c.2.A.

Qui aliquid molitus eſt cõtra Superiores dimittendus eſt à Societate. Par.2. cap.2. D.

*Superpelliceum.*

Poſſunt eo vti, qui miniſtrant Miſsis maioribus. P.6.c.3.B.§.2.

*Syndicus.*

Syndici officium eſt obſeruare exteriora. P.4 c.10.§. 7.& ad Superiorem referre, vel ipſum, qui errat, monere. P.3.c.1.§.16.

In vniuerſitatibus vnus ſyndicus generalis, & alij particulares cõſtituẽdi ſunt. P.4.c.17.§.7.

Syndicus cõſtituendus pro ſcholaſticis, vt bene ſtudeant. P.4.c.6.§.15.

*Temperantia.*

SEruanda eſt in refectione corporis, P.3.c.1.§.5.

*Tentationes.*

Anteuertendæ ſunt adhibitis earum contrarijs. Par. 3.c.1.§.13.

Nullæ celandæ Superiori, vel Confeſſario, aut Præfecto rerum ſpiritualium, P.3.c.1.§.12.

*Teſtamenta.*

Noſtri non poſſunt eſſe teſtamentarij, neque exequutores teſtamentorum, niſi ex diſpenſatione Generalis. P.6. c.3. §.7.& D.

*Theologia.*

Theologia tam ſcholaſtica, quàm Poſitiua iuuat ad ſcopum Societatis. P.4.c. 5.§.1. magis eſt propria inſtituti noſtri, quàm aliæ ſcientiæ. c.12.§.1.

In ſcholaſtica legendus D. Thomas. P.4.c.14.§.1. Poſſet etiam alius cum approbatione Generalis. Ibid. B.

Scholaſtica poſt artes, & ante Poſitiuam diſcenda. P.4. c.6.§.4.& ad eam Artes diſponunt. c.12.§.3.

Theologiæ audiendæ communiter quatuor anni impendi debent; repetendæ, & actibus celebrãdis duo. P.4.c.9.§.3.& c. 15. §.3. & P.5.c.2.§.2.

Theologiæ curſus quarto quoq; anno inchoandus,

poteſt

poteſt etiã ſecundo. P.4.c. 15.S.3.& D.
Non poteſt ſuſcipi obligatio dandi lectorem Theologiæ, niſi ex conſequenti in vniuerſitatibus. Par. 4. c.7.E.

*Tonſor.*

Domeſticus potius quàm externus eſſe debet. P.3. cap.2.H.

*Vacationes.*

DEbent eſſe aliquæ vacationes ſtudiorum ordinariæ ex iudicio Prouincialis. P.4. c.13. F.

*Vanitas.*

Vanitas mundi conculcanda. P.3.c.2. C.
Vanarum rerum inſtrumenta habenda non ſunt. P.3. c.1. S.14. ea vero quæ ſint Ibidem. M.

*Veſtitus.*

Veſtitus noſter debet eſſe honeſtus, ad vſum regionis, & pauper. P.6.c.2.S.15. vt eo vitetur frigus, & indecorum. P.3.c.2.C.
Vnuſquique perſuadere ſibi debet ſibi viliſsimas veſtes datum iri. Ex. c.4.S.26.
Etiam in veſtitu tenenda eſt vniformitas, idque iuuat ad vnitatem animorum. P. 8.c.1.S.8.
Abſtinendũ à pretioſis pannis. P.6. c.2. S. 15. niſi occurrat neceſſitas. Ibid. M.
In particularibus dandum eſt vnicuique, quod ei conuenit. Par.3. cap.2. C.& P. 6.c.2.M. in fine.
Scholaſticorum veſtitus debet eſſe decentior, & commodior, quàm Nouitiorũ. P.3.c.2.C.
De veſtitu Generalis ſtatuet Societas. P.9. c.4. S.2.
Nouitiorum veſtitus, Vide Nouitij.

*Vicarius Generalis.*

Vicarius in locum Generalis demortui debet nominari ab ipſo Generali ante mortem. P. 8. c. 4. S.1. Alioqui eligi à Profeſsis præſentibus, vel vicinis. Ibid. A.
Debent vt plurimũ eſſe ex ijs, qui adeſſe ſolebant Generali. P.8.c. 4.S.1.
Huius officium eſt gubernare Societatem. P.8. c.4. A. conuocare Societatem ad eligendum Generalem. c.4.S.1. Iudicare de ambitu. P.8.c.6.S. 2.& A. Decernere cenſuras. Ibid. I. habere ex

re exhortationem. P. 8. c. 6. §. 1. Abſoluere à cenſuris. §. 6. videre, & numerare ſuffragia. D. exhibere reuerentiam ante omnes Generali electo. G.
In paribus ſuffragijs habet prærogatiuam. P. 8. c. 3. §. 2. Si poſtuletur de ambitu, deferendus eſt ad quatuor antiquiſſimos. P. 8. c. 6. A.
Eius officium ceſſat electo Generali. P. 8. c. 4. A.
Vicarius perpetuus quādo Generalis eſſet inutilis, debet creari à Congregatione Generali. P. 9. c. 5. §. 6. vel ſuffragijs per litteras miſſis. P. 9. c. 4. §. 6. Vel ab ipſo Generali cum approbatione Prouincialiū. Ibid. Vicarium autem nō perpetuum poteſt per ſe eligere Generalis in aliquo caſu. P. 9. c. 5. D.

*Virtutes.*

Maius momentum ponendū in virtutibus, quàm in donis naturalibus. Par. 10. §. 2.
Vnicum noſtrū ſtudium eſſe debet proficiendi in virtutibus. P. 3. c. 1. §. 27. etiā ſine cōſolationibus. §. 10.
Cauendum ne tepeſcat earum amor. P. 4. c. 4. §. 2.
In ijs, qui petunt Societatē, requiritur, vt ſint amatores virtutis, & vniuerſæ perfectionis. P. 1. c. 2. §. 2. & 8.
Ad progreſſum virtutū multum refert exemplum antiquorum. P. 3. c. 1. §. 19.
Virtutum exemplo valde promouentur proximi. P. 7. c. 4. §. 2.

*Viſitatio.*

Generalis poteſt viſitare Societatem. P. 8. c. 1. H.
Viſitator ex cōmiſſione Generalis poteſt eligere Rectorem Vniuerſitatis. P. 4. c. 17. §. 1. Poteſt etiam ei committi facultas admittendi in corpus Societatis. P. 5. c. 1. B. Poteſt tamen Generalis eius acta reſcindere. P. 9. c. 3. §. vlti.
Viſitatores Collegiorum etiam Profeſſi poſſunt in Collegijs ali. P. 4. c. 2. F.
Viſitare eſt proprium officium Prouincialis. Par. 8. cap. 1. I.
Non debent noſtri viſitare magnates, niſi valde amicos, aut valde pios. P. 6. c. 2. §. 9.
Pro viſitationibus nullum ſtipendium, aut eleemoſynæ admittēdæ. P. 6. c. 2. §. 7.

*Vniformitas.*

Retinenda inter noſtros in omnibus prohœm. Decla. & P.8.c.6.§.8. Iuuat ad cõſeruationem Societatis.P. 10.§.9.

Nihil permittendum vel in doctrina, vel in iudicijs, quod ei aduerſetur.Par.3. c.1.§.18.

Procuranda in veſtitu. P. 8. c.1.§.8.In cæremonijs Miſſæ. Ibid. & Exa.c. 5.§.7.In opinionibus.P.3.c.1. §.18. & O.

*Vnio.*

Societas ſine vnione regi, & conſeruari non poteſt, P.8.c.1.§.1.

Vnio Societatis in primis quærenda prohœm. Conſtit.§.2.

Cur habeat particularem difficultatẽ in Societate. P.8.c.1.§.1.A.

Amor Dei,& omnis virtus facile efficit vnionem. P. 8.c.1.§.8.Prætcrea communicatio,& vniformitas, & obedientiæ vinculum. P. 10.§ 9.

Amor ſui hoſtis vnionis. P. 8. c. 1. §. 8. Item iudiciorũ diuerſitas.P.3.c.1.§.18.

Ad vnionem ſe omnes inuicem hortari debent. P. 3. c.1. §. 21. eam qui ſcindit, dimittẽdus eſt.P.8.c. 1. §.5.

*Vniuerſitas.*

Vniuerſitates iuuare eſt maius bonum, quia vniuerſalius. P.7.c.2.D.

Poſſunt à Societate ſuſcipi. P. 4.c. 11. §.1.Idque ad Generalem pertinet. P. 4. c.11. §.2. & P.9. c 3. §.17. quomodo autem diſſolui poſſit, vide Generalis.

Earum finis eſt, vt fructus latius pateat.P.4. c.11.§.1

Diuiduntur in tres facultates linguarum, artiũ, & Theologiæ. P.4. c.17. §.5. earũ autem officiales qui, & quot eſſe debeant eodẽ capite toto.

Earũ ſuperintẽdentia pertinet ad Generalem. P. 9. c.3. §.4. Et earum Rectores ipſe creat.Ibid.§.14.

Rector Vniuerſitatis poteſt eſſe idem, & Collegij. P. 4. c.17. §.1. & non debet eſſe Profeſſus ordinarie.P. 6.c.2.§.3.

*Vocatio.*

Cooperandum diuinæ vocationi.P.1.c.1.C.

In ijs qui petunt Societatem examinanda vocatio.

Par.1.cap.1.§.3.
Signum eſt, non eſſe à Deo vocatum, qui nõ habet dotes idoneas Societati. P.3. c.1.§.1.
Omnes in ſua prima vocatione firmi eſſe debẽt. Exa. c.2.§.6 & c.6.§.6.

*Vota.*

Vota eduntur ad maius meritum, & ſtabilitatem. Ex. c.7.§.1. & ad vberiorẽ gratiam acquirendum, quia Deo magis vniunt. P. 3. c. 1.T. & ſunt media ad melius conſequendum finem noſtrum. Exa.c.1.§.3.
Tria vota Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ dicuntur eſſentialia, & obligant ad peccatum. P.6.c.5.
Vota Nouitiorum, Vide Nouitij.
Exacto biennio omnes votis ligari debent. P.4.c.4.§. 5. Poteſt tamẽ ſi Superior velit, differri. Ex. c.1.§.12.
Votis emiſsis poſt bienniũ nõ licet tranſire ad aliam religionem. Ex. c. 4.§. 42.
Votorum ſolemnitas vnde pendeat. P.5.c.4.A.
Noſtra omnia vota, & intelligenda, & obſeruãda sũt iuxta Conſtitutiones. P.5. c.3. §.3. & c.4. §.2. & 4.
Votorum renouatio facienda bis in anno. P.4.c.4.§.5. Immo & ſæpius, ſi Superiori videatur. P.5.c.4.H.
Quæ quidẽ renouatio nõ addit nouam obligationẽ, ſed fit ad deuotionis augmentum. P.5.c. 4.§.6. & H.
Ritus renouandi vota in feſtis ſolemnibus coram Sacramento aliquibus præſentibus, &c. Ibid.
Vota Profeſſorum, Coadiutorũ, ſcholaſticorum, quære in ſuis titulis.

*Zelus.*

Societas exercet ſe in zelo animarũ. P. 1.c. 3.§.1.
Zelus Syncerus animarũ cõmendatur. P. 10.§.2.
Requiritur etiam in ijs, qui recipiuntur ad Societatem. P.1.c.2.§.8.
Hic autem zelus complectitur omnia hominum genera. P 1.c.3.§.1.

*Laus Deo, Virginique Matri.*

# In Conſtitutionibus excuſis Romæ Anno 1583.

## ERRATA SIC CORRIGE.

Pagina 25.linea 24.parenteſim dele, & pone virgulas.
Pag.57.lin.1.Præfecti infirmorum,lege, infirmarij.
Pag.153.in concord.C.) P.8.c.1 5.4.lege,P.8.c.1.§.4.
Pag.172.in concord.D.c.11.adde,B.
Pag.175.in concord D.c.15.lege,c.16.
Pag.187.in textu, lin.15. poſt, eruditionem,pone punctum cum virgula;aut duo puncta.
Pag.267.in fine textus pone virgulam,
Pag.296.in tex.lin.5.poſt,intelliget,eſt punctum,pone virgulam cum puncto.

## REGESTVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V
* ** *** ****

Omnes ſunt Quaterniones præter V Duernionem: & **** Quinternionem.